

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



DE
PRIVATIS ET PU-
BLICIS DELICTIS

123

22

4m

DISPUTATIO PRIMA,

QUAM,

1628, 9

D. D. D. & D.

PRÆSIDE

Viro Clarissimo & Consultissimo

DN. SIGISMUNDO FLACHIO,

J. U. D. P. P. p. t. RECTORE MAGNIFICO,

Præceptore suo honoratissimo.

Examinandam publicè proponit,

JOHANN-SIMON Weinman /

HEILBRONNENSIS.

Horis locoque solitis.

Mense

Martio . i. Martij

die Sabbato


☉ (:) ☽

☼

ARGENTORATI,

Typis PAULI LEDERTZ.

Anno M. DC. XXVIII.



VIRIS

*AMPLISSIMIS, AD MODUM
Reverendo, Clarissimis & Spectatissimis,*

- Dn. SIMONI Weinmann / Reipubl. patriæ Consuli, ejusdemq
Gymnasij Scholarchæ primario, patri suo piâ mente vene-
rando.
- Dn. JOHANNI Zückwölfen / Ecclesiæ Patriæ Superintendenti,
nec non prædicti Gymnasij inspectori vigilantissimo, pro-
patri suo summè colendo.
- Dn. JOHANNI-CONRADO Weinmann / Civi apud Norin-
bergenses primario, ut & majoris Senatus Adjuncto dignif-
simo, patruo suo honorando.
- Dn. JOHANNI-GEORGIO Weinmann / J. U. L. fratri suo
germano suavissimo.

Hanc Disputationem Iuridicam

*Grati animi, ob beneficia assatim
exhibita, testificandi, & ulterio-
ris favoris promerendi causâ.*

D. D. D. & D.

JOHANN-SIMON Weinmann //
Author & Respondens.



124.
DISPUTATIO PRIMA.
DE MALEFICIIS, ET QUIDEM IN SPECIE
DE TRIBVS PRIORIBVS DELICTIS PRI-
VATIS NOMINATIS, FVRTO, RAPI-
NA ET DAMNO.

RESPONDENTE
JOHANNE SIMONE Weinman/
HEILBRONNENSE.

Praeloquium.



I in juris nostri Oceano, ulla existit mate-
ria, quæ vel insignis amplitudinis & utili-
tatis, vel quotidiani & necessarij sui usus
ratione, debeat aliis præferri & tractari:
Hæc Maleficiorū pars meritò talis dicenda
erit. Quid enim frequentius, quã omnis generis maleficia
dominatur & grassatur. Quocirca periculū aliquod Aca-
demicū facturi, de hac parte juris periculosissima: privato-
rū, extraordinariorū, & publicorū criminū, naturam pro
ingenii nostri modulo placidè conferendo perscrutabi-
mur. Cuius directionem habeat ille in quo vivimus, mo-
vemur, & sumus Act. 17.

THEISIS PRIMA



MALEFICII nomen generale est, *L. 16. §. ult. ff. de pæn.* Vox Ma-
pertinens tam ad delicta privata, *§. sequens divisio. Inst. leficij.*
de Obligat. pr. Inst. de Oblig. quæ ex delict. nasc. junct. rub. ff.
de Privat. delict. quàm ad extraordinaria & publica, *L.*

A

ita

Notatio.

ita 51. §. 2. vers. quid si quis. ff. ad L. Aquil. l. si à reo. 70. §. ult. ff. de fide iuss. l. 31. pr. ff. Depos. De variâ hujus vocabuli significat. & differ. vid. Decian. tr. Crimin. tom. 2. lib. 6. c. 1. n. 3. Bartol. Tegi. tr. Crim. n. 7. Gilhaus. Arbor. Iudic. Crimin. proleg. n. 6. MALEFICIUM q. malefactum à male & facio compositum, ut notat Archidiaconus in c. quia habetur 1. quest. 5. referente Gilhaus. d. l. unde sequitur, propriè illud dici, quod in faciendo, non in omittendo vel negligendo consistit, l. injuriarum actio. §. 4. ff. de Injur. Farinac. de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. quest. 8. n. 1.

Definitio.

2. Definitur autem MALEFICIUM in genere in Synops. Ataliti. quod præter voluntatem unius, ad offensionem eius ab aliquo factum fuerit, & quod lex ipsa fieri non vult, Simplicius dicitur esse commissum turpe, quo alteri malè fit. Ego sic, quod sit factum dolosum, quo nocetur & detrahitur quid alteri, Tiber. Decian. tr. Crim. lib. 2. cap. 3. num. 2. Vult. in Iurisp. Roman. cap. 45. & ad pr. tit. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. Alth. lib. 1. I. R. c. 48. Tileman. p. 2. desp. 21. th. 3. Verbo FACTUM ostendo, non sufficere voluntatem & cogitationem malefaciendi, sed requiri factum ipsum, ut quis maleficcisse dicatur, l. 1. §. 1. l. si quis uxori. §. 2. §. neq. verbis. 19. ff. de furt. l. Item. 15. §. 10. ff. de Injur. Colleg. Argentor. lib. 47. tit. 1. th. 3. & maleficcium etiam hîc intelligitur, quod verbis committitur, pro ut blasphemia, Injuria Verbalis, Hipp. Bonac. Commun. Opin. Crim. verbo Maleficcium. Addo, DOLOSUM, differt enim in hoc maleficcium à q. maleficcio, quo quis alteri culpâ suâ nocet, t. t. Inst. de Oblig. quæ ex delict. nasc. l. 5. §. si iudex litem. & seq. ff. de O. & A. Subjungo deniq; verbum NOCETUR, quo non tantùm ea, quæ in corpus admittuntur, l. 1. §. hæc autem. 6. ff. de his, qui effud. vel dejec. sed etiam damna, quæ in rem facta sunt, significantur, l. 25. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. Donell. in comm. lib. 15. c. 23. Althus. in Iurisp. Rom. lib. 1. c. 50. pr.

Divisio.

3. Divido Maleficcium in tres species, I. DELICTUM PRIVATUM. II. CRIMEN EXTRAORDINARIUM & III. CRIMEN PUBLICUM, l. 15. ff. de Accus. l. 17. §. Noxas. ff. de Ædil. Edict. l. 3. & t. t. ff. de Extraord. Crimin. t. t. ff. de publ. Iud. l. 131. in fin. ff. de V. S. Pet. Faber. ad l. 70. de R. I. p. 181. Robert. lib. 1. Animad. Iur. Civil. c. 6. Prosper. Farinac. lib. 1. prax. & Theor. Crimin. tit. 3. quest. 18.

Definitio
privati de
licti.

4. DELICTUM PRIVATUM EST, quando privati alicujus utilitas læditur, & ex quo privatae civiles prodita sunt actiones, Vult. ad pr. Inst. n. 7. de Oblig. quæ ex delict. nasc. Duaren. ad tit. de privat. delict.

125.
delict. & lib. 1. Disput. Annivers. c. 37. & seqq. Cujac. 8. obs. 33. Lindem.
disp. 8. th. 2. Gilhaus. arbor. Iudic. Crimin. prolegom. n. 15. nam delicti vox
propriè pertinet ad delicta privata, uti arguit Rubr. & t. t. ff. d. priv.
delict. l. 1. pr. l. 4. ff. de O. & A. Cujus quatuor præcipue sunt species,
FURTUM, RAPINA, DAMNUM ET INIURIA, l. 4. ff. de O. & A. præci-
puè inquam, nam præter has plures dantur, ut videre est ex tot. libr.
ff. 47. Et prob. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. 1. n. 4. Vult. ad pri. l. d. t. n. 9. Matth.
Steph. c. 4. quest. & conclus. Iur. quest. 1. Ampliè. D. D. Bocer. Præcept. meus
cl. 4. disp. 2. per. tot. ubi de XII. innominatis late agit delictis, Dissent. Ho-
tom. ad pr. l. d. t. & Myns. ibid.

5. Definitio FURTUM (Cujus notationes, licèt plures
recenseat Jctus Paul. l. 1. pr. ff. de furt. & Imp. Iustin. §. 2. Inst.
eod. ea tamen (in re etenim hac non magni momenti cuique
suo in sensu abundare licet, ut loquitur Vult.) quæ est apud
Gell. lib. 1. Noct. Attic. cap. 18. quòd sc. fures à furvo, nigro, dicti
sint, aptissima videtur, quia rei magis convenit, cum per noctem,
quæ atra est, plerunq; fiat, aut clam & obscurè, l. 1. pr. ff. de furt. Dn.
Hilliger. in D. E. lib. 15. c. 29. lit. A. Cujac. 6. obs. 2. Dissent. Alciat. 1. disp. 10.
Dn. D. Harppr. tit. Instit. de Obligar. quæ ex delict. nasc. §. 2.)
quòd sit contrectatio rei alienæ, fraudulosa, lucri faciendi
gratiâ, vel ipsius rei, vel etiam usus, possessionisve, quod
lege Naturali prohibitum est admittere, §. 1. l. d. t. l. 1. §. 3. ff. de furt.
l. 40. eod. Gilh. arbor. Iudic. Crim. c. 2. tit. 27. Colleg. Argent. h. t. th. 2.
Ex quâ eleganti definitione requisita furti breviter & nervosè col-
liguntur, de quib. paulò uberius.

6. Requiritur CONTRECTATIO, quia sola furti faciendâ
cogitatio furem non facit, l. 1. §. 1. ff. h. t. nec cogitationis pœnam
quis patitur, l. 18. ff. de pœn. Si quis igitur nec attrectaverit nec loco
moverit, sed inficiandi animum duntaxat habuerit, furti reus haud
efficitur, l. 3. §. 18. ff. de Acquir. Poss. vel si quis furti faciendi gratiâ al-
terius conclave intret, nil tamen contrectet, nequaquam sese hoc
crimine polluit, vid. l. Vulgaris 21. §. 7. ff. h. t. quod tamen mutatum
esse de Jure Canonico existimant Dd. c. tres personas 23. quest. 4.

7. Contrectare hîc non saltem est localiter amovere, sed
etiam ex voluntate domini & justâ causâ penes se existentem rem

Notatio
Furti.

Definitio.

in alium usum, in quæ destinata est usurpare. Amotio illa fit à fure aliquando, ut totius rei lucrum faciat, aliquando, cum rei non possit, ut saltem usus & possessionis. Priori modo fit tantum & quidem semper rei, domino, vel immediatè, quando eam ipse tenet, vel mediatè, quando ejus voluntate alius habet ex contractu, unde actio nascitur in personam. Posteriori modo usus saltem seu possessionis furtum fit à domino, quando usus alienus est, rei non item; suæ enim rei & possessionis furtum non committitur, l. 59. de furt. l. 21. Commod. l. 2. §. 18. ff. Vi bonor. Raptor.

Quæstio.
An solo
animo cõ-
mittatur
furtum in
foro poli
Aff.

8. Furtum hîc civiliter & politicè consideratur, unde cum læsione alterius oportet esse conjunctum, quæ solo animo & proposito, non contingit. Non tamen ille securus erit in foro poli, qui animum solum habuit furti faciendi, in illo enim sola animi intentio etiam ad tribunal vocatur, Deut. c. 5. vers. 21. c. si propterea & seq. de panit. dist. 1. & ibi not. Bonifac. lib. sing. de furt. §. contrectatio. n. 1. & n. 49. ubi pulchrè explicat, quatenus furtum attentatum, non consummatum puniatur.

Rei alienæ

9. Additur, rei alienæ: Propriæ enim rei, quæ propriæ, nemo, ut supr. furtū facit, cum suæ rei quilibet sit moderator & arbiter, l. 21. C. Mand. Cujac. in l. 21. ff. Commod. Gothof. ad l. 1. §. 3. ff. h. t. l. 43. §. 1. ff. eod. Dico, quæ propriæ, quia confieri potest, ut alius in rem meam juris quid habeat, quod ego rem meam auferendo intercipiam. Unde hîc accipitur res aliena, non modò, quæ proprietate aliena, sed etiam in quâ alius possessionem vel jus habet, v. l. 45. ff. h. t. ubi rei communis furtum fit. Sic si commodatarius re commodatâ vel depositâ contra conventionis legem utatur, si debitor rem suo creditori pignori datam surripiat, furtū utiq; committitur, l. quæ jumenta. 40. l. 54. ff. h. t. l. 29. ff. Depos. l. ult. ff. de Usucap.

Q. An Ex-
trema fam-
mis & ne-
cessitatis
tempore.
subtrahēs
victualia
cõmittat
furtū. N.

10. Hinc cum necessitatis tempore, omnes res videantur quodammodo cõmunes, argumento l. 2. §. 2. vers. itidem agitatum est. ff. ad L. Rhod. de Iact. Iacob. de Bellovis. in pr. Crimi. l. 1. c. 8. n. 47. disquiritur, an is, qui extremâ famis & egestatis necessitate compulsus victualia sive edulia subtrahit, furtum committat? quod Negand. puto, si extrema necessitas ita dicatur, quando imminet vitæ periculum, ut aliter ei, quàm per hâc subtractionē subveniri nequeat, P. H. D. art. 166. Cagnol. l. 162. n. 4. & 5. ff. de R. I. Nicol. Vigel. in method. Const. Carol.

126.
Carol. c. 8. reg. 1. Exc. 6. Non obst. c. 5. ex. de furt. nam textus secund.
Gloss. Hostiensis Abb. accipiendus de eo casu, quo extrema necessitas
non est, sed remissior, Tunc enim alienam rem contrectans à pœnâ
non excusatur, Covarruy. c. peccatum de R. 1. in 6. Damhoud. in prax.
Rer. Crimi. c. 110. n. 38. Ordin. Carol. V. art. 166. Diff. Robert. Danaus lib. 2.
Ethic. Christ. C. 15. Matth. Steph. cent. 4. quæst. 2. l. B. illum tamen, si ad
pinguiorem perveniat fortunam, ad restitutionem teneri, commu-
nis Dd. opinio concludit, quam Iul. Clar. §. furtum n. 25. tutioré pro-
nunciat, eamq; Covarru. alleg. l. n. 4. DD. autor. & rationibus confirmat,
vid. Vigel. in method. Constit. Crim. Caroli V. c. 8. Reg. 1. exc. 6.

11. Fraudulosa, quia sine fraudulentâ voluntate furtum
non committitur, l. pen. ff. de condict. causa dat. causa non sec. Wesenb. Fraudulo-
ca.
h. t. n. 6. ut si quis voluntate domini furripiat, l. qui vas. 48. §. 2. ff. h. t.
aut probabiliter putet, dominum id permissurum, l. 46. §. 7. d. t. §.
placuit. 7. Inst. eod. Præterea, ut fraude dicatur contrectatio facta, eam
invito domino fieri oportet: eo enim volente & consentiente fur-
tum nunquam committitur, quoad effectum agendi, seu ita, ut actio
furti locū habeat, l. 46. §. pen. ff. h. t. quia nemo patitur Injuriâ volens,
Aristot. 5. Ethicor. 9. nisi fortè dominus ideò sciens fieri patiatur con-
trectationem, ut in ipso facto furem deprehendat, ut in casu §. 8. l.
h. t. l. si quis C. eod. Cæteroque si quis existimet, se invito domino
rem contrectare, cum tamen id volente eo fiat, re verâ & comple-
tum per se furtum est, l. 46. §. pen. ff. h. t. quia in actibus, qui ab ani-
mo dependent atq; æstimantur, magis venit spectandum, quod est
in opinione facientis, quam quod in rei veritate argumentol. 15. de
acquir. hered. l. 18. §. 3. ff. de Injur. pro furto autem, quoad juris effectū,
actionem furti sc. non habetur. dd. ll. Hinc ex adverso, si quis existi-
met, se voluntate domini rem attingere, seu eâ uti, cum tamen id
fiat domino invito, furtum non facit §. 7. p. d. t.

12. Non inutiliter hîc quæritur, An familiare illud in
Academiis contrectandi genus, quod vulgò promoviri
vocatur, furtū dici queat? Si talis sit res promotâ, qualem haud
facile dominus amitteret, aut subtrahi concederet, nec causa consen-
tiendi aliqua probabilis allegari possit, omninò furtū fieri puto, nec
an parva an magna res sit, distinguo, argumento §. Gallinarū. l. de R. D.
furtum enim ex qualitate, non quantitate æstimatur.

A 3

Lucia

Q. An
promoti-
onis con-
trectatio
sit furtum
A.

Lucri faciendi causa.

13. Lucri quoque faciendi causa furtum commissum esse, necesse est: qui enim alio fine quid surripit, vel alio animo fraudem committit, furtum non facit, Tralaticium enim est, animum & propositum unice maleficia distinguere, l. 53. ff. d. t. Tria siquidem sunt, quae faciunt furem. Contrectatio, Contrectantis dolus, & domini dissensus, *Hottoman. ad §. placuit vers. sed etsi credat. l. hic.* hinc, qui ancillam libidinis causa rapit, qui veritatis occultandae gratia Instrumenta amovit, fur non est, l. verum est. 39. ff. h. t. secus, si animo lucrandi, l. 27. h. t. Ut nec is, qui vexationis, vel injuriae causa rem alienam contrectat.

Ufus possessionisve

14. Dicitur, Ufus possessionisve, Quamvis autem furtum semper possessionis fieri, videatur. *arg. l. 1. §. 11. ff. si is qui test. lib. ess.* quatenus fieri non potest, ut res sine interversione possessionis vel usus auferatur, quia verò nonnunquam contingit, ut possessio quidem revera intervertatur, rei autem ipsius furtum non fiat, inde quandoque solius possessionis aut usus furtum, quandoque rei ipsius, cui possessio inest, propter praevaleantiam fieri dicitur, §. 1. l. h. t. *Borcholt. ibid. Dn. Praeceptor Harppr. eod. §. n. 38.* Si ergo haec omnia concurrunt, id est, Si res aliena sit contrectata, invito domino, fraude & dolo, item lucri faciendi causa, tunc verè fit furtum.

Iure Naturali furtum prohibitum est.

15. Denique in definitione asseritur: furtum admittere, lege Naturali esse prohibitum, quae clausula, licet ad substantiam definitionis parum videatur necessaria, tamen furtum cum Jure Naturae pugnare ostendit, nam dominiorum distinctio, quae furtis & rapinis turbatur, Juris Naturalis esse dicitur, l. 5. ff. de l. & l. Jus Naturale enim dicitur, suum cuique tribuendum esse. §. 3. *Inst. de l. & l.* Nec obstat exempla Lacædemoniorum, Spartanorum, Aegyptior, &c. quorum meminit *Alciatus, l. 42. n. 4. ff. de V. S. Bonifac. tr. de furt. §. 12. n. 7.* Dico enim, considerandum esse, non quid fiat, sed quid fieri debeat, quia una aut altera hirundo ver non facit, nec ex unius aut alterius gentis perversis moribus Jus gentium aestimandum, sed potius ex ratione naturali, quae licet à nonnullis impediri, non tamen immutari potest, nec denique ob impunitatem & poenae remissionem turpitudine criminis cessat, l. generalis 7. C. de sentent. pass.

16. Nec

16. Nec Lacedemonij per se simpliciter probarunt fūrta, sed Juventuti usum furandi edulia certo anni tempore permiserūt, non ut turpe lucrum sibi quærent, & sumptus libidini suppeditandos pararent, sed ut furandi solertiâ Ingenia puerorum acuerentur, & animi ad astutiâ, ac vigilandi tolerantiam obfirmarentur, vid. Vult. h. l. n. 3. & 49. Gædd. l. 42. n. 7. de V. S. Wesenb. π n. 7. Duar. tit. de furt. c. 1. Diss. Schickard. disp. Inst. 17. th. 1. quæst. 2. vid. Dn. Bachov. 2. 30. th. 1. l. B. Hillig. 15. 29. K. Et tantum de furti definitione.

17. Sequitur divisio furti, estq; aliud manifestum, aliud non manifestum, l. 2. ff. h. t. Manifestum furtum committit, qui cum re furtivâ à domino vel alio deprehenditur, priusquam ad locum, quo eo die manere destinaverat, pervenerit, l. 3. 4. 5. ff. d. t. Unde non sufficit, eum conspectū esse, sed necesse est, ut viso acclamarit, vel visum deprehendere conatus fuerit, Gilken. §. Item lapilli. §. de R. D. argumento l. 7. §. 1. & 2. ff. h. t. Sneydvv. §. 3. n. 2. ibid. Dico, ab alio quoq; posse deprehendi; etsi enim aliàs alterius nomine nec agere nec actionem acquirere possimus, l. Nemo. 123. de R. I. id tamen specialiter in odium furum constitutum, ut alius deprehendens furem, actionem nobis acquirat, l. 3. §. 1. ff. h. t.

Divisio.
Furtum
Manifestū

18. Non manifestum quid sit, id ex contrarij sui manifesti sc. definitione facile intelligitur, wann er nicht beschrien/berüchriget oder betreten würde / ehe er damit in sein Gewahrsam kommet / P. H. D. art. 157. Oldend. cl. 7. act. 3. Vult. §. 1. n. 8. h. An verò hæc divisio adhuc hodiè obtineat, quæritur? secutus constit. Carolin. art. 154. adhuc hodiè illam obtinere puto, ehe er damit in sein Gewahrsam kommet / & art. seq. ubi etiam quoad pœnam vel leniendam vel asperandam distinguitur, heimlicher vñnd öffentlicher Diebstal. Non parùm enim id ad pœnam leniendâ, vel exasperandam conducit, Colleg. Argent. lib. 47. tit. 2. th. 3. Treutl. vol. 2. disp. 30. th. 1. lit. H. D. D. Harpp. §. 3. n. 5. d. l.

Furtū non manifestū
Q. An divisio furti manifesti & non manifesti hodiè obtineat. Aff.

19. Solet quoq; aliàs distingui furtum ex adjunctis, quod aliud sit conceptum, aliud oblatum, quæ tamen species potius sunt actionis furto coherentes, quàm genera, furtorū §. furtorū. l. h. t. In concepto solennes ritus olim recepti erant, Moribus verò nostris vetus ille modus jamdudum exoletus reprobatur, nec ulli ad

Furtū conceptum & oblatum.

res.



Q. An in res furtivas quærendas in alterius domum ingredi licet, nisi persona suspecta sit, siquidem ædes nostræ tutissimum nobis refugium & receptaculum esse debent, l. 18. ff. de in Ius vocand. arg. l. 23. ff. de Injur. Eo quoq; casu, ubi publica versatur utilitas, licet nulla indicia adsint, copia perquirendi datur, l. 6. C. de Metall. l. 6. in fin. C. de Aqu. duct. vid. Mysing. Sneider. ad. §. conceptum. h. t. Treutl. & ibi Bachov. 2. 30. 2. a. Petrei. in thesaur. Controv. Conclu. Crimin. Concl. 40. Berlich. p. 5. Concl. 45. num. 24. §. furtum num. 88. Andr. Gerhar. dec. 17. quest. 4.

Furtū Nocturnū & diurnum.

20. Sunt & aliæ divisiones, dicitur enim aliud Nocturnum, quod noctu, aliud diurnum, quod interdiu fit, Dn. Preceptor Bocer. class. 4. disp. 1. th. 58. P. H. D. art. 159. Colleg. Argent. lib. 47. Tit. 2. th. 6. Nocturnum diurno gravius & atrocius, unde & L. XII. Tabb. furem nocturnum deprehensum occidere licet, vid. Treutl. 2. disp. 30. th. 2. lit. B. & ibi Dn. Bachov. Giph. Inst. h. t. Diurnum, non aliter, nisi cum telo se defendat, l. 54. §. 2. ff. h. t. l. 4. ff. ad L. Aquil. l. 9. ff. ad L. Corn. de sicar. Treutl. d. l. Alia divisio est, quod sit vel publicum, vel privatum, de hoc hîc agitur, de illo in seqq. volente DEO. Veteres sex genera furtorum habebant, Paul. lib. 2. receptor. sentent. tit. 31. de furt. quorum quatuor, Conceptum, Oblatum, Prohibitum & non Exhibitum, non ad furti, id est, ipsius maleficij, sed ad actionis ejus divisionem pertinent, §. 4. Inst. h. t. Gilhaus. arbor. Iud. Crim. c. 2. tit. 27. n. 6. Dn. D. Harpp. §. 3. & 4. l. h. t. n. 9. tr. de furt. §. furtum n. 88. Colleg. Argentor. lib. 47. tit. 2. th. 6. per tot.

Efficiens.

21. Causa Efficiens furti est fraudulosa furis Voluntas, nam sine affectu furandi furtum non committitur, l. 4. in fin. ff. ad L. Aquil. In quos itaq; hic affectus non cadit, eos nec furtum facere dicendum, l. 23. l. 50. §. 2. ff. h. t. §. 18. l. eod. Qualis est

Q. Infans an possit furtum facere.

Infans sive puer usq; ad 7. annum, l. 18. C. de Iur. de liber. l. 1. §. sufficit de administ. & peric. tuto. unde si delinquit, excusatur à pœnâ, l. 23. vers. nam in infantem. ff. de furt. Farin. tr. de pœn. tem. quest. 92. n. 46. Carol. V. art. 164. add. Damboud. in pr. Crimi. c. 84. n. 3. qui infantes quoq; doli capaces inquit, eosq; delinquentes pœnâ plectendos arbitrariâ, Decian. tr. Crimi. tom. 2. lib. 3. n. 19.

Impubes, qui

22. Ab infante impubes distinguitur, l. 5. §. sed et si. ff. ad

ad L. Aquil. Gadd. de contrah. & committ. stip. c. 7. n. 187. qui vel infantia vel pubertati proximus est. Infantia proximus qui sit, controversum est. Communiter dicitur masculus qui annum decimum & dimidium; & foemina, quae annum nonum & dimidium non complevit. *gl. in §. pupillum. ff. de R. I. Bart. Bald. Ias. & alij alleg. à Menoch. lib. 2. A. I. Q. cent. 1. cas. 57. n. 17.* Quamquam hic arbitrio iudicis etiam locum relinquendum esse autumo, vid. *Menoch. d. loc. latè Gædd. de contrah. & committ. stipul. cap. 7. concl. 12. n. 185. & mult. seqq. Duar. lib. 1. pr. de V. O. Unde hic, cum doli esse capax de Jure non videtur, l. 14. ff. ad S. Ct. Syllan. l. 22. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 13. §. 1. ff. de dol. mal. excusandus est, Gomez. de delict. c. 1. n. 57. in fin. Diff. Maur. de Restit. in Integ. c. 161. n. 1. vid. Farin. de pœn. tem. quest. 92. n. 55. & 59.*

Infantia proximus.

23. Quae post transactam aetatem infantia proximam superest, usq; ad annum 14. tum in masculis, & 12. tum in foeminis completum, dicitur aetas pubertati proxima. *gl. & Dd. th. preced. alleg. vid. etiam Cujac. lib. 17. obs. c. 4. in fin. Bonif. tr. de furt. §. animo lucri faciendi. n. 114. Maur. d. Restit. in Integ. c. 16. Intra hanc aetatem impubes furtum committens à delicto non excusatur §. 18. Inst. de obl. quae ex del. l. 23. ff. de furt. quamvis propter minorem aetatem poena à iudice pro ratione circumstantiarum mitiganda sit. l. 37. §. 1. ff. de minor. l. 108. de R. I. P. H. Ord. art. 164. Clar. lib. 5. sentent. c. fin. quest. 60. n. 3. Menoch. lib. 2. A. I. Q. c. 329. n. 2. Dn. D. Harpp. §. 18. l. h. t. Dn. D. Bocer. cl. 4. disp. 7. th. 98. Copiose Bonifac. tr. de furt. §. 10. n. 109.*

Vel pubertati proximus.

24. Minor autem 25. annis licet omninò non excusatur à poenâ, & ne quidem in Crimine furti, l. 9. §. 2. ff. de Minor. tamen interdum ordinariâ poenâ ob miserationem aetatis non plectitur, ut etiam in aliis Criminibus, d. l. 37. §. 1. ff. de Minor. Gomez. d. l. Farinac. de pœn. tem. quest. 92. n. 124. & n. 168. Hippol. de Marsil. pr. Crim. §. quoniam. n. 96. Sed si minor propter teneram aetatem vel mitius vel nullo modo punitus sit, an postea maior factus plecti possit ordinariâ furti poenâ, quaeritur? quod Negand. quia qualitas superveniens post delictum commissum non mutat poenam, l. 1. §. per contrarium ff. de pœn. ita Clar. 5. sent. §. fin. quest. 60. n. 5. Tiraq. de pœn. temp. c. 7. n. 8. in fin.

Minor.

Q. An minor major factus poenâ plecti possit ordinariâ? N.

25. Furiosi, quia fraudem nullam admittere dicuntur, l. 23.

Furiosus.

B

§. 2. ff.

Ebrius.

§. 2. ff. de Aedil. edict. proinde nec furtum committunt? Sed quid de Ebrio dicendum, committitne ille furtum, & proinde ut fur puniri poterit? Negant alij, Affirmant alij, moti utriq; rationibus minimè contemnendis, vid. Menoch. 2. A. I. Q. c. 326. n. 10. Bonif. de furt. §. 10. n. 153. Gilhaus. Arbor. Iudic. Crim. c. 2. tit. 27. n. 45. Gomez. tom. 3. var. resol. cap. 1. n. 73. In hac opinionum diversitate distinguendum puto inter Ebrium ebrietate magnâ seu plenâ, quæ inducit mentis exilium, & levi, seu semiplenâ, si quis paulò largius bibit, qui tamen usu rationis non est privatus. Hic sive casu sive ex proposito furetur, ordinariâ pœnâ plectendus, Ille, siquidem ex vitioso habitu & consuetudine peccat, excusatur ab ordinariâ, non tamen arbitrariâ Judicis pœnâ, excusatur à tanto, sed non à toto, ut loquuntur Dd. Siquidem verò virium vini ignorantia deceptus, vel ab aliis coactus inebrietur, punitur quidem, sed viliori saltem pœnâ, vid. Dn. Arumæum, Præceptor. meum honoratissimum exer. Instit. 12. quæst. 8.

Quâ poena puniatur.

Materia.

26. Materia furti sunt res alienæ, Corporeæ, mobiles, cuiuscunq; quantitatis, cuiuscunq; pretii, l. 27. l. 22. §. fin. ff. h. t. l. 95. eod. Dico, Alienæ, nemo enim rei propriæ fur est, & si quis rem propriam furari dicitur, id fit tantum metonymicè, quia ille non tam rem suam furatur, quàm Jus alienum intervertit, ut cum debitor pignus surripit, l. ult. ff. de Vfus. Vult. I. R. c. 48. n. 80. Hinc nõ incongruè quæstio illa movetur, an filius, existēs in patriâ potestate surripiendo patri rem aliquam furtū committat? Affirm. §. 12. Inst. h. t. Et enim fictione Juris filius & pater eadem persona censeantur, & rerum paternarum vivente patre filius quodammodo dominus videatur §. 2. l. de hered. qual. & differ, dominium tamen & possessio earum revera penes patrem manet, quam dum filius ei intervertere conatur, rectè furtum facere dicitur. Cujus effectus respectu patris & filij per istam Juris Civ. fictionem impeditur. Ita ut ex eo non detur actio furti d. §. 12. l. 15. l. 89. ff. h. t. Quia hæc actio est ex Jure Civili, quod fingit patrem & filium eandem personam, absurdum autem est eundem contra se ipsum agere. l. 4. §. 6. 7. ff. fin. reg. l. 4. ff. de jud.

Q. An filius existēs in patriâ potestate surripiendo rem patris furtū committat?

27. Porrò earum rerum furtum non fit, quæ non sunt

sunt in alicuius dominio vel à nemine possidentur.
l. 1. §. 15. ff. si quis test. lib. 1. 2. §. 1. l. ult. ff. Expil. hered. quales sunt res
 hereditariæ, *l. 68. ff. h. t. l. 40. de Nox. Act. fera animantia*, quæ pro-
 prietate nullius sunt, *l. 26. pr. ff. de furt.* Res pro derelicto habitæ, *l.*
43. §. 5. ff. h. t. Cujusmodi sunt res, ex nave ejectæ, animo de relin-
 quentis, quod plerunq; credendum, cum ejiciens eas sciat peritu-
 ras, *d. l. 43. §. 11.*

28. Res verò fortuitò amissæ, & ab alio inventæ Res fortui-
 harum Jure non censentur, proinde eas retinens fur æstimari to amissæ.
 debet, *d. l. 43. §. 4.* si quid enim invenisti, & non reddidisti, rapuisti,
C. si quid invenisti. 14. qu. 5. Was ein Mann findet / verseugnet er / daß
 ob man darnach fraget / so ist er Diebisch / Sächs. Landrecht. art. 37.
lib. 2. Debet enim honestus repertor, ut pœnam furti evitet, propo-
 nere publicè libellum, aut ex suggestu facere proclamari, se rem ta-
 lem vel talem invenisse, & ei, qui certis indiciis suum id esse, de-
 monstrare poterit, restitutum esse, vid. *l. 43. §. 7. 8. ff. h. t.* si verò
 ille non apparet, qui inventum suum asserat, si pauper, retinere rem
 potest, si dives, pauperibus distribuendum dabit, *c. nemo qui rapit.*
14. quest. 5. Wesenb. in π. n. 10. h. t. vid. Dn. D. Bocer. p. 1. cl. 4. disp. 1. th. 32.
 An verò dominus Inventori *supelproy* seu inventionis præmium dare
 teneatur, vid. *Sneidvv. §. fin n. 7. l. de R. D.*

29. Item boves, agrorum Instrumenta, aut aliud quod-
 dam, quod ad agrorum rusticam operam pertinet, si quis capiat, in-
 vadat, furtum facit, Constit. Frider. quæ extat. in *Authent. Agriculto-
 res C. quæ res pignor. Heig. quest. 30. n. 8. part. 2. Coler. p. 1. dec. 148. num. 1.*
Damboud. pr. Crim. c. 110. n. 41. ubi ostendit, quâ pœnâ ex consuetudi-
 ne Franciæ plectantur, qui equos, boves, ex aratris vomeres, fu-
 rantur. Hinc occurrit quæstio de eo quid dicendum, qui aratra non
 furatur, nec frangit aut corrumpit, sed ex iis equos solvit & ab-
 ducit, de quâ vid. *Heig. quest. 30. num. 10. p. 2. Dan. Moller. in comm. ad
 Const. Saxon. p. 4. Const. 35. n. 3.*

30. Apium fera natura est, §. 14. *l. de R. D. l. 5. §. 2. ff. d.* Apium an
 A.R.D. *Sneidvv. §. 14. l. d. t. num. 6.* proinde earum non fit furtum
 A. *l. 26. ff. h. t.* nisi cicures & mansuetæ factæ fuerint, *l. 8. §. 1. sub fin. ff.* An fur a-
 famil. *Ercisc. Wesenbec. §. 14. l. de R. D.* sed an fur apium su- piū suspē-
 B 2 spendi di posit?

An pisciū
furtum
fiat. N.

spendi possit? vid. jac. de Belloyis. in pr. Crim. c. 113. n. 4. Gilhaus. arbor. Iud. Crim. c. 2. tit. 30. n. 3. sub. fin. verb. Arbitrariè. Piscium in alienis stagnis, lacubus, aquis, fluminibus, non fit furtum. quia nullius sunt, & in libertate naturali morantur & capientis fiunt, l. 3. §. 14. ff. de acquir. poss. junct. §. 12. 14. Inst. d. R. D. Potest tamen quis prohiberi, ne in lacu vel stagno alieno vel etiam fluminis publici parte ab alio occupatâ piscetur, & qui cōtra prohibitionem ingressus fuerit, tenetur actione injuriarū, & interdum uti possidetis, l. 45. in fin. pr. ff. de usurp. & usucap. l. 20. §. 1. ff. quid vi aut clam. l. 3. §. 4. ff. uti possidetis. §. 13. l. ult. l. 14. ff. de injur. Quod si verò quis in mari vel flumine publico piscari prohibeatur ab eo, cui non est jus prohibendi, contra prohibentem actio injuriarum ei competit, d. l. 2. §. 9. sub fin. Ne quid in loco publ. D. Harpp. in §. 2. I. de R. D. n. 4. Donell. lib. 5. comm. c. 22.

Quâ poenâ
puniendi,
qui contra
prohibiti-
onē Prin-
cipis in ali-
enis salti-
bus feras
capiunt.

Coler. decis. 101. n. 1. part. 1. Heig. quæst. 15. n. 17. & seqq. p. 1. Huic vicina & illa quæstio, quâ poena puniendi, qui feras in alienis saltibus, sylvis & campis, contra prohibitionem Principis vel alterius Domini capiunt, de qua vid. Heig. quæst. 15. n. 71. p. 1. Wesenb. in comm. I. d. R. D. n. 7. Sneider. Harpp. eod. And. Kinchen. de priv. Saxon. verb. Ducum, c. 5. Sebast. Medic. tract. de venatio. part. 1. quæst. §. num. 7.

Corpora-
les.

31. Dixi supra Corporalium rerum tantum furtum fieri. Incorporales enim res nec tangi nec contrectari possunt, §. Incorporales I. de Reb. Corpor. & incorpor. Etsi enim usus & possessio sint res incorporales, tanquam in jure vel facto consistentes, tamen quatenus usus & possessio sunt rerum corporalium, eatenus etiam rebus corporalibus, in quibus quis usum habet vel quas possidet contrectatis, fit furtum, vid. Dn. Præcept. Petr. Theodor. Colleg. Crimin. disp. 2. th. 4. lit. C.

Mobiles.

32. Dixi quoq; MOBILES, Abolita enim est eorum sententia, qui immobilium furtum fieri putarunt, §. 2. I. de Usucap. Immobilis enim rei, propter sui immensitatem furtum fieri non dicitur, & immobilia auferri & occultari ad defraudandū dominum nō possunt, l. 25. ff. h. t.

Cujuscūq;
quātitatis
& pretij.

33. Dixi deniq; , cujuscūq; sit quantitatis & pretij, §. Gallinarum 16. I. de R. D. fur enim non solum in majoribus, sed & mino;

minoribus furtum committit, Unde rei minimæ quoq; furtū fieri rectè dicitur, Non enim, quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur, *c. fur autem 14. quest. 6.* Imò fur major videtur, qui pauca furatur, qui enim maxima diripit, minima forsan contemnit, qui autem parva non contemnit, neq; majora certè despiciet, *Tiraq. lib. 2. Conn. n. 18. Damhoud. pr. Crim. c. 110. n. 60. Bajard. ad l. Clar. 5. sent. §. furtum. n. 38.* Hæc quidem haud insubtiliter dici queunt, verumtamen res in pœnâ imponendâ paulò altius & aliter consideranda venit, Hujus sententiæ assertores sunt. *Accurs. Myns. Sneidvv. Ant. Matth. §. 16. 1. d. R. D. Menoch. lib. 2. c. 72. Wesenb. in π. n. 10. h. t. Bachov. 2. 30. th. 1. tit. C. Dn. Obrecht. disput. de furt. th. 79. & seqq. Dissent. Covarruv. lib. 1. tom. 2. Var. Resol. c. 3. n. 12.* ubi dicit, quod hæc sit communis opinio, & omnium calculo recepta, sibi nec placeat, nec placuerit unquam.

34. Forma furti consistit in ipsa fraudulosâ Rei contrectatione animo furandi factâ, *l. 1. §. fin. ff. h. t.* quæ tam necessaria existimata est, ut vel ex hac sola fur priscis diceretur tagax, nempe à tangendo, quâ voculâ etiam Cicero usus est. *6. Epist. ad Attic. Cujac. 6. obs. 2.* vnde de essentiâ furti requiritur ipsa contrectatio, nec verbo nec scripturâ quis furtum committit, *l. 52. §. 19. l. 67. pr. ff. h. t. Wesenb. π. h. t. n. 11.*

35. Ea distinguitur in veram & fictam, Vera, cum res revera auferitur, aut ad alium usum §. 6. *l. h. t.* confertur, *Wesenb. d. l.* Qua occasione quæro, An si quis equum ultra tempus conventum retineat, furtum committat? Neg. si equus conducere solebat, secus, si meritorius non sit, nec à domino locari solebat, *argumento l. 40. l. 76. ff. h. t.*

36. Ficta, dicitur, quam effectu considerato Jus pro vera habet, & qua Juris interpretatione is, qui non revera rem alienam surripit, pro contrectante habetur, qualis est falsus procurator, qui se præsentem pecuniam alii numerare jubet, *l. 43. §. 1. & 2. l. 52. §. 11. l. 80. §. 6. h. t.* Item qui in officio fraudulenter versatur, veluti tutor, curator, *l. 33. h. t. l. 25. de dol. mal. & met. except. l. 1. §. fin. l. 2. ff. de tut. & rat. distrah. Wesenb. in π. h. t. num. 10.*

130.
Q. Rei minimæ an furtum fiat? A.

Forma furti.

Cōtrectatio duplex:
Vera.
Q. An fiat furtum si quis equum ultra tempus conventum retineat? A.
Ficta.

Q. Qui fur-
tum fieri
suadent,
quâ pœnâ
afficiendi?

Q. Manda-
tores fur-
torum quâ
pœnâ affi-
ciendi?

Q. Vtrum
pecuniam
creditam
nuncius
retinens
furtum
cõmittat?
A.

In lusu falsis aleis utens *argum. l. 43. l. 52. §. 11. l. 80. §. 6. ff. h. t.*
Item receptator rerum furivarum *l. 14. C. h. t. l. 1. C. d. his qui la-
tron. vel. al. crim. reos occult. Damhoud. c. 102. num. 53. c. 116. n. 1. 2.
Zanger. de tortur. & quest. c. 2. n. 180. Coler. decis. 144. n. 29. part. 1.
Quid de iis statuendum qui furtum fieri suadent & consulunt?
eos furti teneri, licet consilium tantum etiam sine ope furi præsti-
terint, patet *ex l. 53. §. 1. ff. d. V. S. l. 52. §. 19. ff. de furt. si sc. even-
tus secutus furtumque factum sit. dd. l. 36. §. 2. l. 50. §. ult. ff. d. t. vid.
Vvesenb. pararit. ff. de furt. n. 11. Damhoud. c. 116. n. 3. & seqq. c. 133.
n. 2. Angel. tract. de Malef. verb. dicto Maleficio. n. 18. Harpp. in §. 11.
n. 1. h. t. Mandatores furtorum quomodo puniri debeant,
vid. Menoch. lib. 2. A. l. Q. cent. 4. cas. 352. n. 1. & cas. 353. n. 3. Heig.
quest. 30. n. 23. part. 2.**

27. Solent hoc loco Dd. controvertere de quæstione illâ,
Utrum nuncius, cui pecunia ad alium transportanda cre-
ditur, si eandem retineat, inq; suos usus convertat, furtum
fecisse, rectè dicatur? Solet distingui, utrum in Sacco clausâ &
obsignatâ tradatur, & hoc casu id affirmant *Bl. in l. 11. C. si cert. pe-
tat. num. 7. vers. si autem. Ias. in l. 41. §. quas. ff. de Reb. Cred. num. 7.*
qui putant, pœnam esse suspendii: Contrarium Scabini Jure Saxo-
nico responderunt, eiq; solum pœnam extraordinariam, puta tem-
poralem vel perpetuam relegationem, vel quandoque pro quanti-
tate pecuniæ ablatae fustigationem dicitur, ut constat ex Con-
sult. Constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quest. 16. incip. *wer einen Bo-
then. n. 4. v. & hac opinio, & num. 5. Virgil. Pingizer quest. 48. n.
23. vers. Limitatur tamen an verò non obsignatâ tradatur, sed adnu-
meretur, & tunc Negant Bartol. l. 41. ff. de Reb. Credit. Bl. l. 11. C. si
cert. petat. n. 9. Ias. l. 41. §. quas. ff. de Reb. Cred. n. 7. Tusch. tom. 2.
pr. concl. l. D. verb. delict. concl. 178. n. ult. Affirm. Iohan. de immol.
l. 25. ff. de donat. & in 1. Cassius. ff. de solut. Farinac. conf. 96. n. 42. Verùm
sive obsignatam sive numeratâ pecuniam acceperit, fur-
tum eundem omninò committere puto, motus *l. si is. 7. C. b.
t. & l. 14. §. fin. ff. eod. Daniel Moller. 4. semest. c. 2. Molin. in rubr. ff.
de V. O. n. 8. Dn. D. Harppr. §. 12. n. 15. l. h. t. De cotabellario, qui
litteras**

litteras in alienum locum perferendas accepit, & in itinere abiecit, & nihilominus integram mercedem petiit, & accepit, vid. lat. Thoming. decis. 34. incipit. tabellarius quidam. n. 1. & seqq. per rot.

38. FINIS furti est LUCRUM, l. 1. §. ult. ff. h. t. §. 1. I. eod. adeo quidem, ut sine intentione lucrandi furtum non fiat, vid. supr. Hinc qui alio fine rem fraudulenter contrectat, furtum non facit, l. 1. §. 2. ff. h. t. sed & qui aliquid surripit, ut alteri donet, fur est, l. 54. §. 1. h. t. Quid, si quis surripit eum in finem, ut Deo vel pauperibus largiatur? Tamen erit fur dicendus, argum. d. l. 54. §. 1. h. t. non enim licet cum alterius detrimento alteri subvenire, c. de nique. 14. quest. 6. nec furta sunt facienda, voluntate pascendi pauperes sanctos, c. sic non sunt. 32. quest. 4. Ut & ille fur est, qui abstulit rem lucri gratia, etsi postea consilio mutato domino restituit, nemo enim tali peccato poenitentia sua nocens esse desiit, l. 56. ff. h. t.

Finis.
Quoniam sit furtum, si quis surripiat, ut pauperibus donet. A.

39. EFFECTUS furti est ACTIO, quae datur ad persecutionem vel REI vel POENAE, de utraque paulo amplius. Actiones autem, quae dantur ad rei furto ablatae persecutionem, plures sunt, Actio ad exhibendum, vindicatio rei, actio Publiciana, & actiones aliae ex contractu, quo fur rei furtivae nomine obligatus est, & denique praecipue conditio furtiva, §. ult. l. de obl. quae ex del. l. 7. l. 16. ff. de cond. furt. l. 1. in pr. ff. de priv. del. l. 71. ff. h. t. Actio ad exhibendum datur ei, cuius interest, ut res ablata exhibeatur, d. l. 7. §. 1. ff. de cond. furt. l. 29. ff. h. t. l. 19. ff. ad Exhib. REI VINDICATIO datur ad ipsius surreptae rei restitutionem, contra quemcunque possessorem, etiamsi b. f. emptor fuerit, quia dominus rei furtivae a quocunque possessore illam vindicare potest, d. §. ult. l. h. t. P. S. D. art. 207. & seqq. & quidem nullo refuso pretio, l. 2. C. h. t. l. 3. l. 23. C. de R. V. Consent. P. S. D. art. 213. vid. Dn. Praecept. Fomann. disp. ad l. 26. thes. 5. lit. B.

Effectus.
Actiones.
Actio ad exhibendum.
Rei vindicatio.

40. CONDICTIO FURTIVA est conditio, qua rem nostram surreptam petimus, ideo introducta, quia indignum visum fuit, fures, sicut alios possessores, tantum ad rei ablatae restitutionem cogi, quare odio eorum, quo pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut extra poenam hac quoque condictione convenirentur.

Conditio furtiva.

t.
la-
2.
I.
t?
ti-
n-
id-
33-
ii-
it,
ig-
la,
e-
m
&
e-
7.
o-
n-
ti-
n-
o-
n.
u.
fi
2.
ol.
m
r-
b.
ff.
li
as



Q. An con-
dictio hæc
detur in so-
lidum in
heredes?
A.

miri possint, & datur hæc condictio ei soli, qui tempore furti com-
missi dominus est, *l. 1. l. 10. §. ult. ff. de cond. furt. eiusve heredi, non*
verò legatario, *l. 11. Datur contra furem, d. l. 10. eiusve heredem,*
caterosq; successores, *l. 7. §. 2. d. t. & quidem IN SOLIDUM, non*
quatenus locupletiores sunt facti ex re furtivâ, sed quatenus de-
functo furi successerunt, *l. 9. ff. de cond. furt. §. ult. l. h. t. l. fin.*
pr. de priv. delict. & l. 2. §. ult. Vi bonor. Rapt. Ant. Fab. 4. Coni. 1. &
de. 78. cap. 1. 2. dec. 80. c. 3. 8. 9. VVesenb. in parat. de cond. furt. Dn.
D. Harpp. ad §. ult. l. h. t. Dissent. Dn. Præcept. Riem. decad. pen. qu.
1. Marc. Lyclam. lib. 1. memb. 18. vid. Fachin. 9. cont. 5. Vngeb. exerc.
Institut. disputat. 13. quæst. 8. Bachov. de Actio. 4. 21. Donell. 14.
Comm. 29.

Cui detur.

41. Datur in eum, qui in aliquibus heredi comparatur, ve-
luti patrem, quatenus ex furto filii peculium est locupletatum, *l. 3.*
§. penult. ff. de pecul. l. 7. §. ultim. Rer. amotar. l. penultim. de cond.
furt. Dissent. Ant. Fab. 78. Error. 3. quem prolixè refutat Bachov.
de Action. disputat. 4. thes. 22. per tot. ET TANTUM DE PER-
SECUTIONE REI.

Pœna.
Furti.

42. Sequitur PŒNÆ, quæ competit omnibus, quorum
interest, furtum non fieri, *l. 10. l. 12. §. 2. l. 14. §. 2. h. t. Proinde da-*
tur domino, eiusve heredibus, *l. 47. l. 66. d. t. quasi domino, ut*
b. f. possessori, l. 12. §. 1. Conductor, l. 14. §. 2. Colono, eod. Fullo-
ni, l. 12. pr. & aliis, de quib. t. t. n. Datur verò contra omnes, qui rem
lucranda animo contrectarunt, l. 46. §. 7. h. t. item adversus eos,
qui aliis occasionem res auferendi obtulerunt, velut, qui pan-
num rubrum ostenderunt, & pecus fugarunt, ut in fures incideret,
l. 50. §. 4. §. 11. l. h. t. qui nummos de manu alicuius excusserunt,
ut alius tolleret, isque sustulerit, l. 52. §. 13. h. t. aut alio quovis
modo opem aut consilium præstiterunt, l. 34. l. 36. in pr. ff. h. t.

Pœna fur-
ti variarū
gentium.
Moscovi-
tarum.
Turcarū.

43. Cùm itaque hæc actio ad pœnæ persecutionem com-
petat, erit de pœnâ furti aliquid dicendum, quæ varia apud varias
gentes variaq; tempora fuit. Apud TARTAROS & MOSCOVITAS
furta etiam levissima supplicio vitæ puniuntur, Apud TURCAS
EUROPEOS & ASIATICOS CHINENSES fures virgis ad
necem miserandum in modum cædi, scribit *Iohann. Mendoz.*
lib.

lib. 3. cap. 12. Apud ATHENIENSES tam rigidè furta vindicantur, ut bubulum stercus vel oluscula furantes ultimo mactati supplicio fuerint, test. Gell. 11. Noct. Attic. 18. VENETI Ann. 1544. 28. Novembr. sanxerunt, ut primo pro furto aurium extremitates abscinderentur, pro secundo nasi summitas amputaretur, pro tertio, si non excedit precium quinque Ducatorum, oculi eruerentur, sin excedit, fur suspenderetur, test. Bonif. tract. de furt. §. quod Iure. num. 50.

Athenica-
fes.
Venetorū.

44. IN RE PUBL. ROMANA pro temporis & personarum conditione modò durior, modò mitior pœna est statuta, Et quidem furem Jure fforum etiam summo supplicio nonnunquam affici potuisse, quidam putant, de quo vid. Cuiac. lib. 9. obs. 37. Gomez. §. ex maleficiis. l. de Action. Hartm. lib. 2. tit. 50. obs. 8. num. 5. Dn. Hillig. in D. E. 15. cap. 29. l. O. CONSTITUTIONE JUSTINIANI pro furto simplici, aliisq; circumstantiis non aggravato, membrum aliquod furi abscindi, eive capitalem pœnam irrogari vetitum est, Nov. 134. c. ult.

Romanorum.
Q. An I. ff. pœna furti sit capitalis? N.
Iuris Civ.

45. POENA ORDINARIA autem ex Jure Justin. MANIFESTI est QUADRUPLUM, nec MANIFESTI, DUP- PLUM. Ratio verò, cur gravius vindicatur manifestum, hæc est, tum, quia propter malum exemplum graviora judicantur delicta, quæ apertè fiunt, quàm quæ secretò, l. 2. §. si in re. ff. Vi bon. Rapt. tum, quia qui palàm furantur, majorem præ se ferunt impudentiam, nec violentiæ inferendæ suspicione carere videntur, vid. Iun. p. 3. quest. polit. qua. 19. Gerhard. dec. 17. quest. I. D. D. Harpp. ad §. 5. Inst. h. t. n. 2. Vvesenb. parat. n. 14.

Q. Cur fur-
tum mani-
festum
gravius
vindicetur
quàm non
manifestum?

46. JURE CANONICO, si Clericus furtum occultum ultrò confessus fuerit, ad restitutionem eiusdem & pœnitentiam agendam tenetur, c. ex literis. 5. de furt. Si verò patravit manifestum, & legitimè de eodem convictus fuerit, deponitur, & in Monasterium detruditur, vel si nec dum corrigibilis sit, seculari Judici legitimè puniendus traditur, c. cum non ab homine. de Iudic. c. delapsis. 16. quest. 6. Sed si ad sacros ordines est promotus, deponitur, si in furando occisus fuerit, pro eo non oratur, c. fures. 2. de furt. Bonif. d. l. n. 52. Molin. de delict. tract. 2. disput. 695. num. 26.

Iuris Ca-
nonici.
Furtum fa-
ciens cle-
ricus quo-
modo pu-
niatur.

C
Justini-

m-
on
m,
on
de-
fin.
&
Dn.
qu.
erc.
14.
ve-
l. 3.
nd.
ov.
R-
im
da-
ut
lo-
em
os,
an-
et,
nt,
vis
m-
ias
AS
AS
ad
oz.
lib.



Imperii
Romani
hodierni.

47. Postea in Imperio Romano Constituitur. Frideric. Imperat. huius nominis I. in cap. 1. §. si quis quinque solidos. de pac. tenend. poena capitalis, suspendii scil., furibus constituta est: & certo modo ac pro diversitate circumstantiarum comprobata Constit. Carol. V., in qua statuitur, ut fur, qui semel deprehensus fuit, levius, praesertim in furto non manifesto, quod quinque florenos non excedit, sin bis, aut ter, ultimo afficiatur supplicio, pro differentiâ tamen sexus & consuetudine loci, art. 157. ubi de primo non manifesto, art. 158. ubi de furto manifesto simplici, daß der Dieb an Pranger gestellet / mit Ruyten außgehawen vud des Landts verbotten werde: De furto cum effracturâ art. 159. disponitur, daß der Mann mit dem Strang / das Weib mit dem Wasser / oder nach ermessigung des Richters mit anderer schweren Leibsstraff gestrafft werden soll. Quæ poenajam dudum Jure Saxonico est approbata, Landtr. lib. 2. art. 13. post princ. & artic. 39. princ. ubi dicitur, den Dieb soll man hengen. Moller. in comm. ad Constit. Saxon. p. 2. cap. 32. num. 6. Coler. decis. 144. num. 9. p. 1. Zobel. differ. 35. num. 1. & 36. num. 1. p. 4. Damhoud. cap. 110. num. 41. Iacob. de Belloy. princ. Crimin. lib. 1. cap. 10. num. 51. Angel. tr. Malef. verb. Etiam vestem caelestem. n. 12. Menoch. 2. A. I. Q. 6. 295.

Saxonia.

Q. An pro
uno furto
magno
quis possit
suspendi?
N.

48. An verò pro furto aliquo magno & enormi, uno & primo, quis possit suspendi? quaeritur. Negant Salicet. in Athen. sed novo Iure C. de serv. fug. Paul. de Cast. eod. num. 6. Ias. l. 15. de cond. ca. da. ca. non sec. Angel. de Vbald. inter Conf. Crim. diver. 71. num. 21. lib. 2. Coler. dec. 144. num. 4. Damhoud. d. l. num. 35. Dn. D. Harpp. §. 5. l. h. t. num. 51. tum quia Leges poenam suspendii inducentes magis reiterationem & frequentiam, necnon consuetudinem furandi, quam magnitudinem rei subtractæ considerant: tum quia in Criminalibus mitior debet prevalere, l. 42. ff. de poen. Roland. à Vall. conf. 51. num. 44. vol. 1. tum denique, quia in Jure non reperitur cautum, ut fur pro primo sive uno furto morte mulctetur, Dn. D. Bocer. tract. de poen. furt. cap. 1. num. 137.

Affirm.

49. AFFIRM. Bl. in Avthent. sed novo C. de serv. fug. num. 5. Ang. Aretin. d. tract. num. 13. Menoch. 2. A. I. Q. cent. 2. cap. 295. Moeller. comm. ad Constit. Saxonie. p. 4. Constit. 32. num. 8. Iacob. de Bellovis. princip. Crimin. 1. cap. 10. num. 15. I. per l. 31. §. ultim. ff. de Excus. tut. II. quia propter enormitatem delicti permissum est, leges transgredi, leg. 1. §. 2. ff. de Abig. III. per Constitut. Carol. artic. 160. Hæc in foro Saxonie. recepta, VVesembec. paratit. hoc tit. num. 15. August. Elect. Saxon. in suis Novell. p. 4. const. 32. §. 1. vers. Da es gleich sein erster Diebstall ist.

50. Veruntamen his rationibus non obstantibus, negantium opinionem sequor, & furem regulariter pro uno simplici furto non esse suspendendum, sed aliã poenã arbitrariã afficiendum puto, ita tamen, ut Judex pro qualitate circumstantiarum hanc poenam arbitrariam ad mortem extendere possit, Constitut. Carol. artic. 160. Pro magno autem furto habetur, quod in Saxoniã quinque solidos sive aureos Hungaricos; in Germaniã ex Carol. V. Imper. Const. d. artic. 157. & seqq. quod excedit quinque florenos, quod itidem non de florenis usualibus, sed aureis accipiendum esse, arbitror, Heig. §. 5. l. h. t. num. 2. Sneidevv. eod. Geil. 2. observ. 39. num. 2. VVesemb. parat. h. t. num. 15. VVehner. in princ. obser. sub lit. G. pag. 246. col. 2. VVurms. in princ. obser. 11. Sixtin. l. 2. de Regal. capit. 8. num. 57. D. Bocer. tr. de furt. cap. 1. num. 44. & seqq. Berlich. p. 5. concl. 43. num. 29.

Magnum
furtum
quod jure
Saxon. &
Const.
Carol.

51. Utrum autem poena ista sit justa, æquitati conveniens, & an Politica Maiestas hanc poenam Jure Divino & Civili pecuniariam, ex politicis rationibus in corporalem, atque adeò capitalem mutare possit? Controversum est. Iniustam asserunt,

Q. Utrum
poena su-
spendii ju-
sta sit? A.

C 2 Ant.



Ant. Matth. tot. disput. extraordin. de pœn. furt. præcipuè thes. 6. Bachov. 2. 30. 3. G. Rapha. Hythlodæus lib. 1. Vtop. Thom. Mor. pag. 71. Justam contra probat communis Dd. Schola. VVesembec. paratit. num. 15. Vngebau. exerc. iust. 13. 3. Dn. D. Harppr. §. 5. l. h. t. de quâ latè Molin. de l. & l. tom 3. tit. 2. disputat. 695. Dn. D. Lansius dis. de l. Reg. thes. 59.

Vera opi-
nio.

52. Salvo aliorum Judicio, si in thesi consideretur, sic statuo, posse Principem delictum Jure Naturali prohibitum, sub arctiori & graviore pœna prohibere, imò etiam delictum, per quod rebus tantum externis seu fortunæ bonis nocetur, capitis pœnam statuere, si viderit, id publice expedire, neque aliter subditos à delicto absterreri posse: Proportio enim illa, quæ debet esse inter delictum & pœnam, non spectat absolute & nudè damnum in re familiari alicui datum, neque exigit, ut materia pœnæ exactè respondeat materiæ culpæ, hoc est, ut bonum, quo pœna privat, neququam excedat bonum illud, quo delinquens privavit proximum suum, sed æstimatur ex fine, bono nimirum publico, & ut Respubl. sit salva, item transgressione legis & inobedientiâ ac malitiâ delinquentis.

53. Unde cum in hoc delicto furti, tam pertinax appareat hominum malitia, & concurrat insuper ratio publicæ tranquillitatis, quæ per maximam huius delicti frequentiam valdè turbatur, eò facilius à nimio rigore & Iniustitiâ excusari poterunt Constitut. Carolinæ & aliæ, quæ pœnam capitis huius delicti reis imponunt: Et tantò minus dubitandum est, quin iis in locis, ubi Constit. Carol. viget, summâ Majestatis autoritate firmata, Judex juxta eam furem ad pœnam strangulationis damnans, aut Jctus ita respondens, etiam in foro Conscientiarum tutus sit, præcipuè cum non de LL. sed secundum LL. ille judicare, iste respondere necesse habeat. Quanquam judicis arbitrio hoc ita moderandum esse existimem, ut, quantum fieri potest, præsertim cum spes emendationis adhuc superest, ab eius rigore recedatur, & pœna capitalis in aliam mitiorem convertatur.

54. Et hinc admodum placet illud quorundam Jctorū & Politicorum

Politicoꝝ haud imi subsellii Consiliū ut fures pro ratione Circumstantiarū & consuetudine loci in servitutem interdū magis, quā in crucem agantur, cū labores magnos peius, quā laqueum exhorrescere videantur, id quod practicatur apud Belgas, qui hos homines in Ergasterium (Zuchthaus) quoddam detrudunt: quos imitati sunt Bremenses, & novissimè Hamburgenses, qui hoc hominum genere ad lutulentas plateas expurgandas utuntur. Cautione ergā hac in re & discretione opus erit Judici, ne quid durius aut remissius, quā causa deposcit, constitutur, nec ob quodlibet furtum gravissima ista pœna dicatur, uti nec severitatis aut clementiæ gloria adfectanda, sed Judicio propenso, prout res quæq; exposcit, statuendum, juxta l. perspicendum. ii. ff. de pœn.

Fures in servitutē agendi.

55. At quid statuendum, si ad furtum prius punitum aut indulgentiā Principis remissum, adeoq; non punitum, accedat secundum vel tertium, num pro hoc tertio fur erit morti tradendus? Affir. comuniter Doct. per text. in l. 28. §. solent. ff. de pœn. l. 8. §. 1. C. ad L. Jul. de vi publ. l. ult. §. sæpius. ff. de Abige. Gomez. 3. resol. c. 1. n. 9. Cavarruy. lib. 2. V. R. c. 10. n. 2. in fin. Sichard. in Authent. sed novo iure C. de serv. fug. Treutl. & ibi Bachov. 2. 30. 3. tit. F. Bonif. tr. de furt. §. 12. n. 39. Gilhaus. arb. Crimin. 2. 27. n. 30. Harpp. §. 5. l. h. t. n. 61. quibus accedo. Nec enim eum liberat, quod pro prioribus duobus sit punitus, sed gravat potiùs, quia per hoc deficit spes emendationis, vid. Clar. §. furtum. n. 12. Menoch. 2. A. I. Q. cas. 295. n. 19.

Q. An fur, si ad furtū punitū aut remissum secundum vel tertiu accedat, p hoc morti tradend⁹? A.

56. Quid verò, si fur laqueo rupto in terram de patibulo incolumis cadat, an iterum suspendendus? Prius negat, & posterius affirmat Luc. de penn. l. 1. n. 29. C. de desertorib. Dec. in l. 167. n. 8. ff. de R. I. Tiraq. de pœn. temper. aut remitt. cas. ult. And. Alciat. de presumpt. Reg. 3. presumpt. 44. n. 61. Gomez. tom. 3. V. R. c. 13. n. 37. Wensleb. in parat. de pœn. n. 9. Dn. Arumaus disp. 7. 24. th. 7. & l. Exer. 17. th. 8. I. Quia ille furis lapsus dubium efficit, an nocens sit vel innocens. II. Quia propensiores debemus esse ad liberandum, quā obligandum, l. 47. ff. d. O. & A. III. Quia providentiæ divinæ est hic casus

Q. Si Fur rupto laqueo in terram cades, an iterū suspendend⁹? A.

C. 3. adscri-



adscribendus. IV. etiam quidam eo utuntur, quod dicitur in *v.* 124. laqueus contritus est, & nos liberati, E. & fur liberandus, si rupto laqueo deciderit, quod sine risu vix quisquam accipiet.

57. Verum merito ab his recedo, & eorum non invitus sequor sententiam, qui volunt, Reum denuò suspendendum, quia Judicia & sententiæ debent effectum sortiri, cum Judex accurate prius & diligenter perpensa accusatione & Criminis probatione eam pœnam irrogat, quæ Jure erat imponenda, *l. 16. C. de pœn. l. ult. C. de probat. l. 131. §. 1. de V.S. §. 1. l. de offic. Jud. Nov. 115. c. 2. in fin. P. H. Ord. art. 162. vid. Matth. Steph. cent. 4. quæst. 6. Harpp. §. 5. Inst. n. 65. Hackelm. disp. 23. th. 9.* Si tamen Magistratus talem dimittere velit, non prohibetur, cum hæc pœna à Lege Divinâ non præscripta, nec mandata Magistratui est, sicut atrociorum delictorum pœna, *Niell. disp. feud. 11. th. 2. l. 1.*

Q. An fur ad ultimū damnatus supplicium foeminae petenti in matrimonium debeat dari?
N.

58. Porro quæritur, An fur ad ultimum damnatus supplicium foeminae petenti in matrimonium debeat dari? Affirm. *Franc. Vivius lib. 1. opin. commun. lit. C. in verb. condemnatus. Nevizant. in sylv. Nupt. lib. 1. num. 62. Eman. Soarez. in thes. recept. sentent. sub lit. M. n. 135. & in annot. ad Gomez. tom. 3. c. 3. in fin. de foeminâ meretrice publicâ, l. Quod is faciat opus charitatis, c. inter opera. Ext. de sponsalib. Gloss. in c. 1. 32. qu. 1. quod opus sit meritorium, decidit Præpos. c. 1. part. 2. c. 8. §. 11. num. 3. II. Quod hoc modo multorum Juvenum barathrum è medio auferretur. III. Quod fur non levi plectatur pœnâ, qui talem accipit in matrimonium, inquit Soarez. d. l. De quacunq; muliere Affirm. *Chassen. de Consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. num. 99. p. 204. Tiraq. de pœn. temp. ca. 56. num. 2. Seb. Medices tr. Mors omnia solvit. p. 1. n. 158. ob favorem matrimonii, l. 1. ff. Solut. Matr. Alii arbitrio Judicis relinquunt.**

59. Rectius hi, qui planè negant, & consuetudinem hanc brutam inquirunt, ut *Tiraq. Chassen. & Seb. Med. d. l. Jul. Clar. in præ. l. 5. sent. §. fin. quæst. 98. n. 6. Gomez. tom. 3. c. 13. num. 87. Sneider. ad Rubr. h. t. Pacian. de probat. lib. 2. c. 3. num. 53. Petr. in thes. concl. Crim. conc. 216. Gilhaus. arb. Jud. Crim. c. 2. tit. 27. n. 34. Bachov. ad Tr. 2. 30. 3. F. Quia Judex condemnatum non debet dimittere, l. 8. §. ult. C. ad l. Jul. de vi publ. vel priv. l. 1. in fin. ff. de quæst. & quia publicè interest, ne delicta maneat impunita, l. 51. ff. ad l. Aquil.*

60. An

60. An verò ad Anatomiam Medicis cadavera
sint concedenda, vid. Menoch. lib. 2. A. I. Q. c. 3. c. 285. n. 10. & I. Clar.
quest. 100. n. 2. ubi quid de damnatorum vestibibus faciendum sit, docet, n.
4. Freher. I. parerg. c. 25. Speckh. I. quest. 7. & seqq. Arithm. disp. de delict.
I. th. ult. Dissent. Kornm. de mirac. mortuo. p. 9. c. 35. Berl. tom. 5. Conc. 48.
num. 24.

61. De fure, qui in uno loco rem furatus in aliud
territorium aufugit, quaeritur utrum ibidem puniri pos-
sit, vel captus remitti debeat ad territorium, in quo fur-
tum commisit? Remissioni locum non esse, censet Br. per l. 41. ff.
de furt. & l. 10. C. eod. Angel. de Malef. in verb. & vestem caelestem. vers.
quero quid sit n. 16. Sichard. in Authent. sed novo Iure in fin. C. de serv. fug.
Boeri. decis. 17. num. 47. Esse locum remissioni placet Salic. in l. 10. §.
1. ff. de cond. furt. l. 10. C. de furt. Aegid. Boss. in tit. de furt. n. 18. Hippol. de
Marsil. l. fin. in fin. ff. de Iuris. Cæpoll. cons. Crim. 59. num. 26. Covarr. lib.
2. V. R. c. 22. n. 15. in fin. Bonif. tr. de furt. §. contrectatio. n. 18. 29.

62. Et sanè de Jure nostro constat, maleficium regula-
riter alibi quàm in loco delicti puniri non posse, l. 1. C. ubi
de Crim. agi oport. atq; reum ad locum delicti cum elogio remitten-
dum esse, l. 7. §. fin. ff. de Accus. Nov. 134. c. 5. De consuetudine autem
Germaniæ hodierna non remittitur ad locum delicti, sed in lo-
co captivitatis forum & Judicium sortitur, ibidemque supplicium
subit, Geil. lib. 1. de pac. publ. c. 16. num. 30. & hanc universalem testatur
Fachin. lib. 9. c. 19. Clar. in pr. Crim. qu. 38. n. 16. Matth. Steph. de Iuris. lib.
1. c. 20. n. 7. De hac quaest. contrar. Dd. opiniones collegerunt, & lon-
gà serie recensuerunt D. D. Bocer. tr. de furt. c. 3. n. 20. Farin. tr. Crim. tit.
1. de Inquis. quest. 7. n. 7.

63. Solet tamen inter Germaniæ Principes & status Imperij
non quidem ex necessitate, sed jure amicitiae, vicinitatis & benevo-
lentiae remissio plerumq; fieri, si prius sub antigrapho sive literis re-
versalibus, ut vocant, caverunt ij, quibus remissio facta est, hujusmo-
di remissionem, quam non jure, sed precibus obtinuisent, remit-
tentis jurisdictioni vel superioritati non fore nocumento, sed sine
præjudicio, auf einen Revers oder Gegenbekandnuß/ Geil. lib. 1. de
pac. publ. c. 16. n. 31. Matth. Steph. de Iuris. c. 30. n. 17. & seqq.

64. De-

135.
Q. An ad
Anatomia
Medicis
cadavera
conceden-
da? Aff.

Q. An Fur,
qui in uno
loco rem
furatus in
aliud terri-
torium auf-
ugit, ibi-
dem puni-
ri, vel ca-
ptus ad ter-
ritorium, in
quo furtum
commisit,
remitti de-
beat? D.

Q. Fur cō-
demnatus
& mortu⁹
ante sentē-
tiæ execu-
tionem an
nihilomi-
nus suspē-
dendus? D.

Affinia
furti.
I. Actio de
tigno jun-
cto.

II. Actio de
furto servi
intestamē-
to manu-
missi.

III. Actio
de furto
adversus
Nautas,
caupones,
stabula-
rios.

64. Deniq; de fure condemnato ante sentētiæ exe-
cutionem mortuo, an ille nihilominus suspendi debeat,
quæritur? Regula quidem juris est certissima, quòd pœna morte fi-
niatur, l. 7. ff. de publ. iud. l. ult. ff. ad l. Iul. Majest. quo fac. c. 18. dist. 23.
Unde & ejus, quem Deus morte sublato ad suum tribunal cita-
vit, in corpus indignè sœvire, barbaram quandam & inhumanam
feritatem sapere, ait Matth. Steph. lib. 1. de Jurisd. cap. 6. num. 158. Et
proindè demortuorum cadavera laqueo suspēdi, vel aliâ
ignominiâ affici nō debent, nisi graves justasq; ob causas,
vid. Matth. Steph. d. l. Menoch. lib. 2. c. 3. c. 285.

65. Superest, ut paucis actiones furti actioni cognatas at-
tingam, cujusmodi sunt I. Actio de tigno juncto, quæ datur
Domino tigni (quo vocabulo omnis materia, quæ ad ædificia ex-
truenda pertinet, significatur, §. 29. Inst. d. R. D. l. 7. §. 10. ff. d. R. D. l. 1.
ff. d. tign. junct. l. 62 d. V. S.) adversus eum, qui tignum alienum ædi-
bus suis junxit. Et ideò introducta est L. XII. Tab., ne tignum sol-
vi, ac per hoc ædificia dirui, urbemq; ruinis deformari necesse sit,
dd. ll. l. 23. ff. d. R. V. l. 63. ff. de don. int. vir. & uxor. l. 98. §. ult. ff. de solut.
Datur verò in duplum, & merè pœnalis est, si adversus m. f. posses-
sorem; mixta verò, hoc est, tam rei quàm pœnæ persecutoria, si ad-
versus b. f. possessorem intendatur, d. §. 29. Inst. d. R. D. vid. Anton.
Matth. ad §. 29. l. d. R. D. Donel. 4. Comm. 13. Coll. Iur. Arg. lib. 41. tit. 1.
th. 35. & seqq. & lib. 47. tit. 3. Latè Gædd. ad l. 62. d. V. S. Wesenb. ad §. 3.
l. d. R. D. n. 5. Cujac. 3. obs. 9.

66. II. Actio est de furto, quod à servo in testamen-
to manumisso commissum est: quæ servus, qui testamento li-
ber esse iussus, post mortem Domini ante hereditatem in bonis he-
reditariis dolo malo quid fecit, surripiendo v. c. corrumpendo, quo
minus ex his bonis ad heredem aliquid perveniret, intra annum
utilem duplici actione tenetur, l. 1. in pr. ff. si is qui test. III. Est actio
de furto adversus Nautas, caupones, stabularios, quæ actio-
ne ij qui naves, stabula, cauponas, exercent, si quod à quoquo eo-
rum, quorum operâ ibi utuntur, furtum factum esse dicitur, in du-
plum tenentur, l. un. in pr. & §. 2. ff. furti adv. naut. caup. stab. l. 7. §. 1. ff.
Nauta, Caupones, stabularii.

IV. Actio

67. IV. Actio est de furto domestico, de quo Jure Civili actio furti non nascitur. l. 16. 17. l. 89. ff. de furt. l. 11. §. 1. ff. de pœn. verùm hi textus loquuntur partim de furtis modicis, levibus & vilibus, d. l. 11. §. 1. partim de liberis, lervis, ancillis, pro quorum furtis patri vel domino ideò furti actio non competit, quoniam inter eos nullum constare potest Judicium, l. ult. C. an serv. pro suo fact. post man. tenea. §. 6. l. de Inutil. stipul. l. 4. l. 11. ff. de Iudic. l. 7. ff. de O. & A. l. 16. ff. de furt.

IV. Actio de Furto domestico

68. Et proinde, cum posterior ratio potestatis dominicæ in personis domesticis, famulis putà & ancillis nostri temporis cesset, actionem vel accusationem furti adversus eos locum hodiè habere statuo: nisi furta ab iis commissa leviora & viliora fuerint. d. l. 89. & d. l. 11. §. 1. vid. Damboud. sua pr. Crim. c. 110. n. 41. post. pr. vers. primo cum. Iacob. de Bellovis. in pr. Crim. l. 1. c. 10. n. 8. Angel. t. de Malef. verb. comparent dicti requisiti n. 22. Clar. §. sent. §. furtum n. 22. Harpp. §. 12. l. h. t. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 9. tit. d. pœn. defn. 2. n. 1. Quid Jure Sax. de furtis domesticis constitutum sit, vid. Consult. Sax. tom. 2. part. 4. qu. est. 32. incip. die Schöpffenstül / n. 1. Consent. Aug. Elect. Sax. in Novell. p. 4. quest. 38. ubi Dan. Moller. n. 1. Cæterùm famulum vel mercenarium, qui domino salarium solvere nolenti aliquid surripit, maximè si furtum non excedit quantitatem salarii debiti, à pœna ordinaria excusari, argumento c. uni. in fin. tit. de Milit. Vasal. qui contra. tradunt. Iacob. de Bellov. pr. Crim. lib. 1. c. 10. n. 19. Bajard. ad I. Clar. lib. 5. sentent. §. furtum. n. 86. Luet tamè pœnam extraordinariam, quia sibi ipsi Jus dicere non debebat.

Q.

69. V. Est Actio arborum furtim cæsarum, quæ datur contra eos, qui furtim & clam, l. 8. §. furtum ff. Arb. furt. cæs. arbores alienas cædunt, in duplum l. 7. §. ult. ff. d. t. Ex Edicto Prætoris: Ex L. XII. Tab. verò, ut quis in singulas arbores cæsas 25. asses luat, Gothofr. ad. d. l. 7. §. ult. Præter hanc verò adhuc aliæ in eum competunt, veluti actio L. Aquil. in simplum, l. 1. ff. Arb. furt. cæs. Et interdictum quod vi aut clam, l. 28. §. 6. ff. de Iurei. l. 11. ff. Arb. furt. cæs. et aliæ, l. 9. ff. d. t. quæ tamen actiones simul cum pleno effectu non competunt, sed una alteram absomit, quoad concurrentem quantitatem, ita, ut si graviori egit, reliquis non rectè experiatur, si minoribus, reliquis ad id quod restat experiiri possit, l. 1. in fin. l. 11. ff. Arb. furt. cæs. vid. Cujac. lib. 8.

V. Actio arborū furtim cæsarum.

D

lib. 8.



lib. 8. obs. c. 24. Hillig. in D. E. lib. 21. c. 3. Q. contra Dn. Horleder lib. singul. de concurs. act. mer. & pœn. mixt. n. 10. vid. etiã Menoch. lib. 2. A. 1. Q. c. 6. c. 579. n. 3. post. pr. Hæc plus satis de prima specie, furto sc.

Secunda
species
Rapina.

70. Secunda species est Rapina, quamvis autẽ omnis Rapina furtum contineat, quia tamen furtum improbius est, differt à præcedente in hoc, quod illud clandestinẽ fiat, l. 1. ff. de furt. hæc vero vi & palàm committatur: atq; ideò hoc delictum atrocius & furtum improbius est, quod in L. Jul. de vi incurrit, l. 2. §. 24. ff. h. t. Plur. differ. not. Vult. l. h. t. n. 2. vid. Bachov. 2. 30. 4. b. hinc etiam utilius & melius visum est Prætori, singulare iudicium contra furem Rapto-rem proponere, arg. tit. Naut. caup. stab. c. pœnale, 14. quest. 5. Linden. tit. Inst. h. l. th. 1.

Rapina
duplex.

71. Est autem Rapina duplex, Personarum alia, alia Rerum, Personarum propriè nuncupatur Raptus, qualis viduæ, virginis, aut alterius, de quo in disput. D. V. de Adul. & stup. §. 8. Inst. de publ. iud. l. unic. C. de rap. virg. & l. 5. C. de Episc. & Cler. Rerum vero propriè est RAPINA, quæ si cõtingit circa res Ecclesiasticas, SACRILEGIUM si circa res prophanas, RAPINA propriè vocatur, & definitur, cõtrectario rei alienæ mobilis dolo malo & vi facta, Covarruv. ad c. peccatum de R. l. in 6. part. 2. §. 1. n. 2.

Definitio
Rapinæ.

Cõtrecta-
tio vio-
lenta.

72. Dico quod sit cõtrectatio vi facta, sive violenta, necesse enim est, ut violentia quædam interveniat. nam omnis rapina fit per vim, ut ex tit. hujus inscript. constat. Et si clam res auferuntur absq; vi, furtum propriè committitur.

Efficiens.

Impubes.

73. Causa Efficiens est dolus malus, rapiens enim in dolo esse, adeoq; vis & dolus concurrere debent, l. 2. §. 8. §. 18. ff. vi bon. rapt. nam sine dolo & fraude non committitur Rapina, ut patet ex §. 1. Inst. d. r. l. 2. ff. eod. Impubes igitur qui doli mali capax non est, in hoc delictum minimè incidit, l. 2. §. 19. ff. vi bon. rapt. Unde, si quis errore ductus rem alienam rapuerit, suam esse existimans actione vi bonorum non tenetur, sed aliter sic rapiens mulctatur §. 1. l. h. t. Nõ obstat, quod nimis angusta sit definitio, quia tantum rei mobilis in ea fit mentio, cū tamen etiam usus & possessionis rapina fieri queat, ut & furtum l. 1. §. ult. ff. de furt. §. 1. l. h. t. Licet enim etiam usus fiat Rapina, ut si commodatario res commodata violenter rapiatur, ut & possessio-

Rei mobi-
lis.

Vsus quo
modo Ra-
pina fiat?

nis

nis puta, si b. f. possessori violenter res auferitur, hæc tamen sub vocabulo REI ALIENÆ continentur, quoniam usus & possessio est in rebus mobilibus, quæ rapiuntur, *Wesenb. parat. h. t. n. 3.*

74. Ceterum hodiè ex novis constitut. Principū vis absq; dolo & callido consilio admittitur punitur poenalibus judiciis, si rem mobilem q. suam vi aliquis rapuerit, si rem soli invaserit *l. 6. l. si quis in tantam. 7. l. 10. C. Vnd. vi. §. 1. Inst. vi bon. rapt. §. 6. l. de interd. l. 4. C. fin. Regund. l. 13. ff. quod met. caus. l. pen. ff. ad L. Iul. de vi priv. l. un. C. de suffrag. ita, ut si raptor sit dominus, cadat rei suæ dominio, sin minus, rem ipsam domino restituat, eusq; æstimationem simul præstet. Utrum verò hæc poena actori an fisco applicanda sit? dubitatur. Fisco illam assignat *Cuj. in comment. ad d. l. 7. in fin. Harpprech. ad d. §. 1. n. 3. Inst. vi bon. rapt. Alii contra ACTORI: pro quibus fac. ll. alleg. junct. l. ult. ff. de litig. l. 11. de jur. fisci. vid. gl. & Dd. ad l. 7. C. unde vi Donell. ibid. n. 7. Burmser pract. obs. tit. 46. obs. 1. Porro hæc poena nō solum in mobilibus, sed etiā soli, imò & rebus se moventibus, ut, servis animalibus, obtinet, §. 1. Inst. h. t. l. 7. ubi gl. & latè Dd. C. Vnd. vi. Bonif. tr. de furt. §. 9. n. 44. Menoch. de Remed. posse. recup. possess. remed. 9. Num etiam in incorporalibus, veluti servitutibus? Non, vid. gl. & Dd. alleg. à Menoch. d. remed. 9. n. 268. Donell. d. loc. n. 4. Boc. cl. 4. disp. 5. th. 35.**

75. Hinc in quæstionem venit, an mulier, miles, rusticus & similes personæ, quæ jus ignorare solent in poenam hujus constit. incidant, si imprudenter rem suam apud aliū constitutam per vim abstulerint? Eos non esse excusandos statuit *Menoch. rem. 9. Rec. poss. quæ 1. cum seqq. In contrar. communis Dd. schola concludit per l. 2. §. 1. ff. si quis in jus vocetur. l. 1. §. ult. ff. de Edend. l. 3. §. si quis ignorans ff. ad SCt. Syllan. l. 2. §. fin. ff. de lur. fisci. D. D. Halbrit. in disput. de furt. & vi bon. rapt. th. 50. nec obstat. l. ult. C. de jur. & fact. ignor. ad quam resp. D. D. Harppr. tr. Crim. tit. vi bono. Rapt. §. 1. n. 8.*

76. Oritur ex hoc delicto ACTIO PECULIARIS, quæ datur ex Edicto Prætoris ei, cui bona mobilia, vel se moventia per vim rapta & ablata sunt *l. 2. pr. ff. h. t. Contra eum, qui vi rem alienam, minimā etiā, rapuit pr. l. d. t. l. 2. §. 11. ff. eod. Nov. 63. cap. 1. Giphani. in vers. etiam si quis unam, h. t. nec interest si quis se rapuerit, si coegerit ho-*

D 2 mines

Pœna Rapinæ hodiè.

Q. Cui poena applicanda?

In quibus hæc poena obtinet?

Q. An mulier, miles &c. in hujus constitutionis poenam incidant? Aff.

Actio.

Q. Cur Prætor propria actionem Rapinæ nomine introduxerit?

mines. ut raperent. l. 2. §. 12. ff. vi bon. Rapt. Datur autē intra annum in quadruplū post annū in simplū pr. l. h. t. l. 2. §. 13. l. 5. §. idcirco ff. h. t. Hic considerare licet, cur Prætor propriā actionē introduxerit Rapinæ nomine, cū tamē videatur actio furti sufficere quæ & merè pœnalis est. §. ult. Inst. de obl. quæ ex del., pr. Inst. de perpet. & temp. act. Verūm responderi hic potest tūm ex verbis Ulpiani in re simili ex l. 3. §. 1. Naut. caup. stab. factum hoc esse, ut scil. innotesceret, prætorem curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum præcipuè, cū ea quæ atrociter fiunt, nisi specialiter notentur, neglecta esse videantur l. 15. §. ait Prætor. ff. de Injur: tūm etiam, quia pœna dupli, quam persequitur actio furti nec manifesti, Prætori in hoc delicto mitior visa est: quadrupli autem pœna & actio furti manifesti non in omnibus rapinis locum habent; cū etiam rapina non minus quàm furtum, alia manifesta sit, alia nec manifesta l. 52. §. ult. l. 80. §. 3. l. 88. ff. de furt. l. 1. ff. vi bon. rapt. l. 1. §. 2. 3. 4. ff. de publican. Cujac. ad. d. l. 7. C. unde vi.

Annus utilis hic intelligitur, non continuus.

77. Cæterū, quod jam dictum, intra annum in quadruplum agi, de anno utili est accipiendum, non continuo, qui scil. ex diebus utilibus, quibus experiendi potestas est, constat, l. 1. pr. ff. quæ in fraud. cred. Bachov. 2. 30. th. ult. l. E., annum enim cū Jcti appellant, simpliciter utilem, & dies utiles, quibus actor experiiri non impeditur, ex aliquâ idoneâ causâ, intelligunt, l. 1. ff. de div. temp. pras. Heig. h. n. 10.

78. Quadruplum verò in hac actione non totum pœna est, ut in actione furti manif., sed illi rei quæ per vim ablata est, persecutio inest, ita, ut triplum tantum pœna sit, pr. Inst. vi bon. rapt. l. 2. §. in hac Actione ff. eod. Coll. Argent. d. th. 13. proinde hæc actio mixta dicitur, §. 19. l. de Act.

An raptor mitius puniatur, quàm fur? N.

79. Neq; tamen propterea raptores mitius puniuntur quàm fures, tūm quia pœna, quam actiovi bonorum raptorum persequitur, semper uniformis & perpetua est, tripli sc. sive raptor in delicto comprehendatur sive non; quod non est in furto: tūm etiam, quia præter hanc actionem etiam criminaliter, Lege Julia de vi publica & privata, de violentiâ accusari potest, etiam si actione vi bonorum raptorum aut furti, pœnam tripli vel quadrupli præstiterit, l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt. l. 7. §. 1. ff. de injur. l. un. C. quand.

138.
quand. Act. Civ. Crim. præjud. et deniq; ex nova constit. amissione
rei suæ plectitur §. 1. l. h. t. l. 7. C. Vnd. vi, adeoq; eo ipso dum pluri-
bus actionibus tenetur, duriolem causam sustinet, pr. in fin. Inst. vi
bon. rapt. junct. §. 14. Inst. de act.

80. Illud etiam non expeditum est, an raptor teneatur
furti manifesti actione? Affirm. subscribo, si in ipso fla-
granti delicto deprehendatur p. l. 80. ff. de furt. pr. Inst. h. t. Harpp.
& Borch. l. hic, Bachov. 2. 30. 4. C. Dissent. Myns. d. pr. Ant. Matth. in not. eod.
Illic. Vmmius. Proc. Iud. disp. 10. coroll. 1. secus si non deprehenda-
tur.

Q. An ra-
ptor tene-
atur furti
manifesti
actione?
A.

81. Tenentur Raptores etiam aliis quibusdam
actionibus, tam Civilibus quam Criminalibus, vid. Leg. Aquil,
Conditione furti, Rei Vindicatione, præter quas & criminalis
accusatio competit ex l. Jul. de vi publ. & priv. t. t. ff. & C. ad L. Iul.
de vi pub. & privata, quæ ad ultimum supplicium extendi potest.
Const. Car. 5. art. 126. junct. art. 159.

Tenentur
raptores
etiam aliis
actionib°.

82. Datur insuper alia actio à Prætorè, qua non quidem
agitur de rapto, sed de damno in turba dato, l. 4. §. 6. 9. ff. h. t.
quæ differt à superiore, quòd in illâ prætor loquatur de damno, dolo
malo coactis hominibus dato, & de eo, quod raptum est, etiam
non coactis hominibus: in hac verò de damno, quod dolo malo in
turba datum est, non de rapto, unde etiam hæc actio duplum, illa
quadruplum persequitur d. l. §. 6. & seqq. vid. Coll. Argent. lib. 47.
tit. 8. th. 20. Tenetur autem hac actione, non solùm, qui damnū
in turbâ dedit, sed etiam is, qui dolo malo fecit, ut in turbâ
damnum quod daretur, item is, qui dolo malo turbam concitavit,
unde damnum datum est, d. l. 4. & datur omnibus, quibus dolo ma-
lo damnum est datum in turbâ. Datur heredibus, l. 14. §. 5. 6. intra
annum in duplum, cui simplum inest, & ad verum rei præcium re-
fertur, æstimatione ad id tempus relatâ, quo damnum datum est,
d. l. 4. §. 11. ff. h. t. post annum in simplum, Wesenb. in parat. in fin. h. t.

Damnum
in turbâ
datum.

83. Hinc quæri solet, an si iter facientes deprædentur
in publicis & solitis viis, dominus territorii rapinam &
damnū testibus sufficientibus probatū resarcire teneatur?

Q. an si i-
ter facien-
tes depræ-
dentur. in
solidis vi-

D 3

Affir.

is, dominus
territorii
damnum
refarcire
teneatur?
Aff.

Tertia spe-
cies priva-
ti delicti,
Damnum.
Definitio.

Different.
à furto &
rapinâ.

Damnum
duplex.

Damnum
in specie.

Actio L.
Aquil.

Primum L.
Aquil. ca-
put.

Affirmativ. in Imperio Roman. usu recepta, & publicâ lege, Reichs-
Abschied/ Anno 1559. §. damit dann die Obrigkeit/ etc. & multis præ-
judiciis Camera Imperial. confirmata est, ut testantur Myns. c. 5. obs.
70. & 71. Geil. 2. obs. 64. Wurmser. pract. obs. tit. ult. obs. 5. Sixtin. de Regal.
lib. 2. c. 2. n. 35. & seqq. Gothof. Anton. disp. feud. 3. th. 7. lit. C. Ioach. à Beas. in
Rubr. de Iurejur. n. 168. , prolixè D. Bocer. de Regalib. c. 2. n. 156. & seqq.

84. Tertia species privati delicti est damnū, (nam da-
mnum à Jctis per Meton. Effect. dicitur ipsum delictū, l. 4. ff. de O. &
A. §. 1. I. de Oblig. quæ ex delict. nasc.) quod definiri potest delictū priva-
tum (quia ex eo actio civilis ad privatum commodum est producta,
l. 5. ff. ad L. Aquil.) quo quis rem, quæ in patrimonio est, citra rei inter-
ceptionē factō quodam, rei corruptione sc. & deterioratione, dimi-
nuit. Differt igitur in hoc à furto & rapinâ, quia hæc fiunt amo-
tione, illud corruptione, Bl. ad. l. servus servū. 27. §. 25. ff. ad L. Aquil.
Ias. ad l. si fam. n. 5. ff. de Iurisd. D. Bocer. cl. 3. disp. 2. th. 1. D. Harppr. pr. l. h. t. n. 2.

85. Hoc damnū duplex est, Damnum ita in specie
dictum, l. 4. ff. de O. & A. & corruptela hominis, puta, servi vel
filiif. l. 9. §. si in servo. ff. de serv. corr. l. 9. §. ult. & l. seq. ff. eod. Damnum
in specie dictum est, cū quis alicui in corpore rei ipsius
facto quodam nocet. Hoc differt à corruptelâ hominis, illud
pertinet ad corpus rei, hæc verò ad animum & mores, Cujac. l. 19.
Donell. l. 15. Comm. c. 25. vid. Mynsing. & Kling. Inst. pr. h. t.

86. Ad hoc damnū refarciendum competit actio leg. Aquil-
iæ, quæ ab Aquilio Tribuno plebis, l. 1. ff. h. t. Harpp. tit. de L. Aquil. pr.
n. 3. populo jubente & approbante introducta, nomen habet, d. l. 1.
Sneidvv. ad pr. l. n. 1. h. t. ex qua obligatur quis ex damno dato, quod
Injuria, id est, non Jure, contra Jus, dolo vel latâ, vel levi & nonnun-
quam levissimâ culpâ infertur, §. 3. I. ad L. Aquil., in quâ unicâ l. Col-
leg. Argentor. tit. 2. lib. 9. th. 5. solum mentionem fieri levissimæ cul-
pæ in toto Jure Civili, notat.

87. Huius legis Aquil. olim tria fuerunt capita, Pri-
mum, de servo vel quadrupede alienâ occisâ agit, & punit
damno afficientē res alterius perimendo vel occidendo servos aut
animalia, quæ pecudum numero continentur, l. 2. ff. ad L. Aquil. qua-
cunq; ratione id fiat, sive gladio, sive fuste, vel alio telo, vel manibus
&c. l. 7. §. 1. ff. h. t. sive dolo, sive ex proposito, sive ex accidenti, quia in
L. Aquil.

139.
L. Aquil. non animū, sed eventum spectamus, contra quā in addi-
one L. Corn. de sicar. hac enim in lege nemo tenetur, nisi qui ani-
mum & propositum occidendi habuerit, l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de sicar.
de quo in disp. de Homicidio.

88. Secundum caput L. Aquil. tempore Justin. in usu
non fuit, sed ab aulā recessit, & in desuetudinem abiit, §. 2. Inst. de L.
Aquil. l. 27. §. hujus legis ff. Eod. Wesenb. 7. ff. ad L. Aquil. n. 2. & n. 8. Verūm
de quo damno caput hoc secundū egerit, controversatur in-
ter Interpp; Freher. existimat. lib. 2. cap. 63. de eo damno secundum
illud caput fuisse, quod datur à quadrup. de, & vocatur pauperies,
tit. 1. & ff. si quadr. paup. fecit. Cujac. in 7. ff. & C. ad L. Aquil. quem sequitur
Vult. I. R. lib. 1. cap. 49. num. 34. & I. h. t. num. 13. Matth. Steph. cent. 4. quest.
13. de alia aliquā ratione damni dati, quo non fuit læsares nostra,
sed nobis quædā utilitas fortè intercepta. Dn. D. Harppr. pr. l. n. 5. h. t.
Arum. Exerc. Inst. 17. th. 12. illud de servo corrupto egisse, auguratur, arg. l. 5.
§. 2. ff. de serv. corr. vid. Schegk. in delibat. Iur. disp. 22. th. 1. l. E. Colleg. Ar-
gent. lib. 9. tit. 2. th. 49.

89. Tertio cap. L. Aquil. quod hodiè secundum est,
Bocer. Cl. 4. disp. 2. th. 22. aliorum damnorum quocunq; modo
datorum coërcitio continetur; punit enim eum, qui hominē
alienum vel quadrupedem, quæ pecudum numero est, non occidit,
sed vulneravit tantum, vel aliam quamvis quadrupedem, quæ pecu-
dum numero non continetur, læsit vel occidit aut deniq; & Injuriā
damnum aliis rebus, etiam iis, quæ animā carent, intulit. l. 27. §. 5. ff.
§. 13. I. h. t. Bocer. d. cl. disp. 2. th. 22. Wesenb. in parat. ff. h. t. n. 8.

90. Veniunt tam in hoc quā superiore Dolus &
culpa, per sup. trad. pr. §. 4. l. d. L. Aquil. l. 27. §. 5. l. 30. ff. h. t. Tr. vol. 1. disp.
18. th. 6. Differunt tamen in hoc, quòd æstimatio in primo capite
fiat, quanti res plurimi fuit eo anno l. 51. h. t. retrò à tempore damni
dati computando, l. 21. §. 1. l. 23. §. 3. ff. h. t. (hinc dicitur, Aquiliam ha-
bere oculos retrò, quia respicit tempus præteritum, l. 2. l. 21. in pr.
ff. h. t. Sneider. l. h. n. 9.) In tertio, vel potius, ut hodiè secundo cap.
æstimatio rei corruptæ vel peremptæ non fiat, quanti in anno
præterito, sed quanti 30. diebus proximis plurimi fuit, l. 27. §. 5.
l. 29. §. fin. ff. d. t. §. 13. l. eod. neq; enim tam graviter est puniendus,
qui

Secundū.

Q. De quo
damno se-
cundum
caput ege-
rit?

Tertium.

qui læsit, quàm qui occidit, neq; tanti cædes est æstimanda quadrupedum, quæ pecudes non sunt, quanti hominum vel pecudum, quarû usus & commoditas major existit, *Wesemb. in parat. n. 9. ff. d. t.*

Æstima-
tio quo
modo fiat.

90. Æstimationem autem hanc in hac materiâ, non ad affectionem singularem, sed ad commune potius Judicium & loci consuetudinem redigendam esse, aperti Juris est, *l. 33. in pr. ff. d. t. Sneydvv. pr. num. 11. & 12. l. h. t.* Veniunt itidem in æstimationem omnes expensæ, læsionis ratione, promanantes, etiam operarû cessantium, tam præsentium quàm futurarum, quo casu tum vitæ genus, tum cujus ætatis, & quamdiu adhuc vivere læsus posset, inspiciendum, & ex illis quoq; æstimatio facienda, Hinc nobili utroque oculo ex vulnere orbato multa millia pro officiis militaribus, quibus postea erat cariturus, per sententiam adjudicata sunt, *test. Geil. 2. de pac. publ. c. 2. n. 19. Dn. D. Harpp. §. 10. n. 8. l. h. t. Tr. vol. 1. 18. 6. lit. E. Wesemb. parat. n. 7. h. t.*

Verba primi Capit-
tis.

91. Primi capitæ verba sunt hæc: qui servum servamve alienum alienamve quadrupedem vel pecudem injuriâ occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas esto, *l. 2. ff. ad L. Aquil.* Dicitur servum servamve, quia ad liberum hominem lex non pertinet, *l. 3. ff. d. t.* attamen ob vulneratum liberum hominem datur ipsi quidem vulnerato hæc actio, non directa quidem, sed utilis, *l. 13. pr. ff. d. t.* sed etsi quis filiumf. injuriâ vulneravit, patri datur utilis actio ad damni æstimationem, *l. 52. §. 16. ff. pro soc. l. 1. §. si quis ff. ad L. Aquil. Cujac. lib. 21. obs. 20. Donell. lib. 15. Comm. c. 25. Bocer. cl. 4. disp. 2. th. 27.* Addit, Alienum, alienam, quia sibi ipsi damnum inferens non videtur damnum sentire, *l. 203. d. R. I. arg. l. 21. C. Mand. licet & hodiè is, qui proprium servum occidit, publico Judicio ex L. Cornel. teneatur, §. 2. J. de his qui sui vel ali. Iur. ibi. Borcholt. & Dd. tt. ff. & C. ad ad L. Corn. de sic.* Additur quadrupedem pecudem, ideò, ut intelligatur, hoc primo capite de iis animalibus agi, quæ gregatim habentur, ut asini, equi, oves, &c. de iis igitur, qui pecudum numero non habentur, hic non agitur.

94. Ad.

93. Additur INIURIA, quod verbum multas habet notationes, de quibus in *disp. seq.* hic dicitur id, quod non jure fit, sed contra jus, id est, dolo vel culpa aliqua etiam levissima, ut sup. Ubi igitur dolus & culpa non interveniunt, locus huic legi non est. Excusatur igitur Infans, item Impubes, furiosus; nec is tenetur, qui casu fortuito damnum dedit, *l. 52. §. ult. ff. eod.* sed si quis in certamine publico alterum læserit aut occiderit? eam cessare Ulpian. *l. 7. §. si quis ff. d. t.* eleganter ostendit, & *ibid. Br. & Damhoud. pr. Rer. Crim. c. 84. n. 31.* Medicus tamen vel Chirurgus hominē imperitē secans aut curans hac lege tenetur, sic & is, qui curationē dereliquit, si ob id homo mortuus est, *§. 6. 7. l. d. t.*

Excusatur Infans, Impubes, furiosus.

Qui casu fortuito damnum dedit.

Q. An si quis in certamine publico aliquē lædat,

Aquilia cesset? A. Medicus an teneatur?

Quæ æstimatione perempti corporis præstanda?

94. Deniq; verbis, quanti eo anno plurimi fuerit, æstimatione damni, quod datum est, continetur, quæ non simplex & vera sed gravior est, id est, quanti toto eo anno, quo servus vel animal occisum, plurimi fuerit, atq; ita annus computatur retrorsum, ex eo tempore quo quis est occisus, *l. 21. §. 1. l. 23. §. 3. l. 5. §. æstimatione ff. ad L. Aquil.* Non verò tantū perempti corporis æstimatione præstanda est, sed eo amplius, quicquid eo perempto damni nobis illatum fuit, *§. 10. l. d. t. l. 7. pr. l. 21. §. 2. l. 22. §. 1. l. 33. fin. pr. & pass. ff. d. t.* quo loco quæritur, Utrum hæc æstimatione ejus quod interest, ultra duplum rei peremptæ extendi possit an vero taxationi *l. unic. C. de sent. quæ pro eo quod inter. prof.* subsit, ita ut duplum excedere nequeat? Prius affirm. vid. *Donell. lib. 26. Comment. cap. 18. Harpp. tr. Crim. ad tit. de L. Aquil. §. 10. n. 3. & seqq. Molin. tr. de eo quod interest. quæst. 3. n. 102. & 158.*

95. Hactenus de primo L. Aquil. cap. SECUNDUM sequitur, cujus hæc sunt verba: Cæterarū rerum præter hominem & pecudē occisos, si quis alteri damnum faxit, quod usserit, fregerit, ruperit, injuria, quanti ea res erit in diebus 30. proximis, tantum æs dare damnas esto, Ex quibus differentia prioris & huius Leg. Aquilæ capitū colligi possunt, de quibus vid. *Dn. Harpp. tr. Crim. Inst. ad L. Aquil. §. 13. n. 3. & seqq.* Quæ verò sit ratio, ut in hoc minus spacium, quàm in priori constitutum sit, quæritur, Licet autē *Iohan. Gloss.* rationem dari posse neget, *l. 1. ff. h. t. EGO tn. cū*

Secundū caput.

Q. Cur minus spacij in posteriori, quàm in priori capite?

E

Azon.



Azon. in sum. C. h. t. n. 38. hanc puto, quia in posteriori hoc minus damnum illatum est, in priori verò maius, vid. *Heig. & Dd. hic num. 2.*

Q. An de damno il-
leteneatur
actione L.
Aquil. qui
vicini æ-
des ppter
incendiū
est demo-
litus?

Q. An do-
m^o pro sa-
lute totius
vicinæ di-
ruta cōm-
munibus
sumptib^o
reparari
debeat?

Q. Cuius
sit probare
incendiū?

96. Hinc illa moveri solet quæstio, An & de damno hac actione L. Aquil. teneatur, qui vicini ædes propter incendium est demolitus? Neg. verior, *l. 49. §. 1. ff. h. t.* quia iusto metu ductus, ne ad se ignis perveniret, id fecit, *dd. ll. Geil. lib. 2. obs. 22. n. 3. Boccer. cl. 4. disp. 2. th. 12. Harppr. ad tit. 1. d. L. Aquil. §. 13. n. 6. Coll. Arg. lib. 9. tit. 2. th. 57. n. 1.* An verò domus pro salutē totius vicinæ diruta, communibus sumptibus, reparari debeat? vid. pro Affirmat. *Bachov. ad Treut. vol. 1. disp. 18. th. 8. Geil. d. obs. 22. n. 4. & ibi alleg. Matth. Steph. cent. 4. quæst. 14. Myns. 6. obs. 88. Sneider. §. 28. n. 24. 1. de Actio. Coll. Arg. d. loc. Boccer. d. loc. n. 13. Harp. d. loc. Illud omnes concedunt, eum ad damnum resarciendum teneri, cujus culpa incendiū ortum est, *l. 28. §. 12. ff. de pæn.* Sed de hoc dubitant, cuius sit probare, culpā intervenisse, Actoris ne vel Rei, id est, illius, in cuius ædibus incendium exortum est. Reum oportere probare pluribus fir-
mat *Mascard. de probat. v. 2. concl. 892. Fach. 1. cont. iur. c. 87.* Contrā eū à probatione liberant alii, & actori demonstrationem certæ personæ, cuius culpa incendium ortum probetur, incumbere statuunt, *Menoch. l. 2. A. 1. Q. cas. 390. Mynsing. 6. obs. 88. Geil. lib. 2. obs. 21. & 22. Treutler. vol. 1. disp. 18. th. 8. ubi vid. Bachov. D. D. Arumæ. Exerc. Justin. 17. th. 14. Gerhard. dec. 17. quæst. 6., Matth. Steph. c. 4. quæst. 15. Harpp. §. 15. n. 23. l. h. t.**

Actio L.
Aquil Ci-
vilis est.
Directa &
Utilis.
Directa.

97. Actio ex L. Aquil. de damno dato competens Civilis est *l. 5. §. 1. & 2. ff. h. t., l. 1. §. fin. ff. d. præf. verb. & est duplex, DIRECTA VEL UTILIS §. ult. l. h. t. exemplo aliarū actionum, quæ communiter etiam vel directæ vel utiles sunt, l. 37. ff. d. O. & A. Directa competit, quando damnum à corpore corpori datur, ita ut ex utraq; parte corpus immediatè interveniat, veluti, si manu tuâ occidas servum alienum, vel dejicias eum de ponte in flumen, adeoq; directò lædatur corpus *l. 7. §. 7. ff. h. t. l. 27. §. 18. & seqq. ff. eod.* datur hæc Domino directo seu vero, qui damnum passus est, *l. 11. §. 6. ff. h. t. l. 43. eod.* Non autem, ut priores actiones furti & vi bonorum rapt: ita & hæc Emphiteutæ, Vasallo, creditori, commodatario, b. f. possessori,*

lessori, fructuario, & aliis qui domini non sunt, accommodatur, licet iis utilis & quibusdam etiam in factum actio non denegetur, l. 11. §. 8. & l. seqq. h. l. 17. §. ult. ff. de Vsufr. vid. Coll. argent. h. t. th. 10. & seq.

98. Heredi verò & cæteris successoribus datur, l. 27. §. 8. ff. h. t., Oldend. cl. 6. act. 12. n. 5. An verò heredes liberi hominis occisi hac actione utiliter cædis nomine agere possint? non una omnium est opinio, Ego iis directum non concedo per l. 15. §. fin. ff. h. t., nam id solum deducitur in Aquil. quod æstimari potest, l. 18. §. fin. ff. de dol. mal. Liberi hominis verò nulla est æstimatio, l. 13. ff. h. t. l. 3. ff. si quad. paup. sec. quare hæc non competit actio, ob liberum hominem occisum, sed iudicium publicum ex l. Cornel. de sicar. Utilem tamen iis concedo arg. l. 13. ff. h. t., quæ ad impendia in medicos facta & lucrum interversum aut damnum per cædem datum agere possunt, tradunt Wesenb. in parat. h. t. n. 7. Gomez. 3. V. R. c. 3. n. 37. Covarr. 2. Resol. 10. n. 7. Harprecht. tract. Crim. ad §. 10. l. de L. Aquil. n. 10. 11., quæ tamen sententia Doctorum magis auctoritate quàm certo jure nititur, Cuj. 21. obs. 20. Coll. Arg. d. t., th. 11. n. ult. & th. seq., Freutler. d. disp. 18. th. 10. lit. G. & ib. Bachov.

Q. An heredes liberi hominis occisi hac actione utiliter cædis nomine agere possint? N. Utilis.

99. Hac actione tenentur omnes qui damnum inferunt, sive occidunt, l. 2. ff. h. t. In negantem damnum injuria à se datum in duplum datur, l. 2. §. 1. l. 23. §. 10. ff. d. t. l. 4. §. C. eod. §. ult. Inst. de oblig. qua q. ex cont. §. 19. Inst. de act. & hoc in pœnam mendacii, Coll. Argent. d. l. th. 14. Contra heredes verò damnum dantis, quia hæc actio pœnalis est, §. 9. l. h. t. dari nõ potest, nisi ex damno locupletiores facti, l. 23. §. hanc actionem ff. h. t., aut lis cum defuncto fuisset contestata, l. 139. l. 164. ff. d. R. l. l. 26. l. 33. l. 58. ff. de O. & A.

100. Utilis ex Lege Aquil. actio est, quæ ex interpretatione & præsumpta voluntate, Legis æquitate urgente deducitur. Locum habet, cum damnum quidem corpori datur, sed non corpore, ut fit ab eo, qui causa tantum damni vel interitus præbet, ut in inclusione pecorum, cujus exempla, quæ magis lectionis quàm expositionis sunt, ex §. ult. Inst. ad L. Aquil. peti possunt. Et hæc actio utilis sæpè in factum actio nuncupatur l. 7. §. proinde: §. celsus l. 9. l. 11. l. 13. ff. hic vid. Colleg. Argent. lib. 9. tit. 2. th. 8. & l. Oldend. cl. 6. act. 12. n. 4. Hartm. obs. 10. tit. 50. Quod

Utilis.



101. Quod si quis integro & illaeso Rei corpore noceat, veluti qui ex misericordia liberat servum aliquem in compedes positum, ut aufugeret, vel si quis è navi nummos ejecerit alienos, annulum vel poculum, vid. *Boc. cl. 4. disp. 2. th. 55.* tunc nec directa nec utilis actio L. Aquiliae locum habet, sed datur actio in factum subsidaria, inventa à Præatore in subsidium L. Aquil., quando damnum quidem datum est, sed nec corpore nec corpori, contra eum, qui ejusmodi aliquod damnum alicui intulit, vid. *Sneidvv. & pass. Dd. in §. fin. l. hic, Harpp. tr. Crim. eod.*

Corruptela.

Definitio.

102. Haecenus de damno, quod datum est in corpore rei, nunc carptim attingamus eam damni speciem, quæ dicitur corruptela l. 9. §. 1. ff. de servo corr. Et definitur quod sit damnum, quo animus hominis potestati alienæ subjecti, nimirum servi vel filii fam. dolo alicuius est corruptus, l. 1. §. persuadere, l. 9. §. ult. ff. hic. *Don. lib. 15. com. c. 25., t. t. ff. de servo corrupt.* Corruptum autem animum sive mores alieni servi aut filii fam. dicitur qui dolo malo eum sollicitat ad aliquid vel faciendum vel cogitandum improbè d. l. 1. §. persuadere ff. de serv. corr. Nec solum bonæ frugis servus aut filius fam. dicitur corrumpi, sed & qui jam malus est, si quis eum, ut quid improbè faciat, hortetur, l. 1. §. sed utrum ff. d. t.

Actio servi Corrupti Directa. Utile. Damnum.

103. Ex hoc delicto competit actio servi corrupti in duplū damni dati, quæ vel Directa est vel utilis. Illa datur Domino servi corrupti, h. & passim ff. de servo corrupto, hæc patri ob filium corruptum l. 14. §. 1. ff. eod., l. 26. de injur. Filio corrupto, æstimatur omne illud damnum (non ratione affectus sed patrimonij) quod passus est pater ob eam causam arg. l. 7. pr. ff. ad L. Aquil. l. ult. ff. de his qui effud. vel dei. *Cuj. lib. 19. Paul. ad Edict. ad l. 14. §. 1. ff. de serv. corr. Don. lib. 15. Com. c. 25. Sneidvv. in §. in duplum n. 7. Inst. de Act.*

C O R O L L A R I A

1. An sit aliquod jus Feudale Aff.
2. An origo Feud. Longobardis sit ascribenda. Aff.
3. An Ius feudale certum auctorem habeat. Neg.
4. An Ius Feudale habeat vim & auctoritatem legis. Aff.
5. An Ius Feudale obliget Ecclesiasticas personas. Aff.
6. An in Iu. Civ. sit allegabile. Aff. sub Dist.
7. An deficiente Iure Feud. quæstio feudalis ex I. Civ. sit decidenda. A.
8. An capit. Extraord. I. F. deroget. N.

F I N I S.

TRA SSBurg, Diss., A627-23

ULB Halle 3
004 527 275




Sl

VD 77







DE
PRIVATIS ET PU-
BLICIS DELICTIS

123
22
Liii

DISPUTATIO PRIMA,

QUAM,

1628,9

D. D. D. & D.

PRÆSIDE

Viro Clarissimo & Consultissimo

DN. SIGISMUNDO FLACHIO,
J.U.D. P.P. p.t. RECTORE MAGNIFICO,
Præceptore suo honoratissimo.

Examinandam publicè proponit,

JOHANN-SIMON Weinman/
HEILBRONNENSIS.

Horis locoque solitis.

Mense Martio . i. Martij die sabbato

☉ (:) ☽



ARGENTORATI,
Typis PAULI LEDERTZ.

Anno M. DC. XXVIII.

23

